

rum Parochi, & consequenter valida sint Matrimonia coram eis & duobus testibus contracta, neque enim aliud exigit Tridentinum Concilium in capite primo, sess. 24. de reform. Matrim.

53 Sed his non obstantibus sub censura Ecclesie exilimo irrita omnino esse hujusmodi conjugia & moxior precipue ex tribus fundamentis.

Primum fundamentum est, quia Constitutio Constantiensis Concilii, qua parte habilitat Catholicos ad communicandum cum notorie excommunicatis, dummodo non sint denunciati, aut notorii Clericorum percussores, fuit abrogata per contrariam Constitutionem Concilii Lateranensis sub Leone X. quod ut evidentiùs appareat, expendenda

54 sunt verba utriusque Constitutionis. Et quidem tenor Constantiensis ad eum modum quo refertur à S. Anton. Felin. Silveit. & Soto, locis supra citatis n. 29. Talis est, videlicet: Ad evitanda scandala & multa pericula, que conscientiam timoratis contingere possent Christi fidelibus misericorditer indulgemus, ut nemo deinceps à communione alicujus in Sacramentorum administratione vel receptione, aut alii quibuscumque Divinis vel extra prætextu cujuscumque sententia aut censura Ecclesiastica seu suspensionis aut prohibitionis ab homine vel à jure generaliter promulgata teneatur abstinere vel aliquem vitare vel interdicitur Ecclesiasticum observare nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura hujusmodi fuerit in vel contra personam, Collegium, Universitatem, Ecclesiam aut locum certum, aut certam à Jure publicata & denunciata specialiter & expresse, Constitutionibus Apostolicis, aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque; salvo si quem pro sacrilega manu in Clericis injectione sententiam latam à Canone, addo notorie constituit incidisse, ut factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nisi à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere juxta Canonice sanctiones. Hactenus verba Constitutionis Constantiensis, ex quibus apparet non esse vitandos notorie excommunicatos, nisi sint specialiter denunciati aut notorium surgat ex violenta manu injectione in clericis, ut relatis verbis S. Antonii sub nomine Archiepiscopi Florentini & Angel. in verb. Excommunicatio, §. in propriis terminis declarat Decius in cap. A nobis, n. 21. vers. Adde vero, de except. & Covarr. in dict. c. Alma mater, par. 1. §. 2. num. 7. vers. Ex quibus satis apparet. (Etenim in observatione solum excipitur unus casus notorius, videlicet violenta manu injectionis in clericum, ergo in aliis casibus regula videtur generaliter habere locum quia exceptio facta in uno casu videtur confirmare regulam in aliis, c. 2. de conjug. lepro. c. Dominus §. de sand. instrum. Nec obstat quod in facto notorio non requiritur denunciatio, quia procedit de jure communi; secus atenta prædicta Constitutione.) Hæc Decius, ubi etiam salvat Abbatem in Clem. 2. de sent. excomm. quod fit intelligendus juxta Constitutionem quam allegat, id est Basiliensem, ut patet ex dictis supra, n. 44.

55 Constitutio vero Concilii Lateranensis habetur sess. 11. in §. Status in super, ut ad vitandum scandala, tom. 4. Conciliorum part. 2. pag. 117. col. 2. & concordat de verbo ad verbum cum Constitutione edita Constantia, usque ad vers. Salvo &c. Sed postea ubi Constantiensis excipit notorios Clericorum percussores; hæc Lateranensis excipit generaliter omnes notorie excommunicatos his verbis: Aut si ita notorie in excommunicationis sententiam constituit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo jure suffragio excusari: nisi à communione illius abstinere volumus juxta Canonice sanctiones. Hæc ibi: Quæ clausula manifestè opponitur clausula Constitutionis præcedentis. In illa enim Catholici habitantur ad communicandum cum excommunicatis etiam notorie ante denunciationem, nisi sint notorie excommunicati propter sacrilegam manu injectionem in Clericos: in hæc vero prohibentur communicare indistinctè cum omnibus excommunicatis, etiam non denunciatis, quorum crimen est adeo notorium, ut nulla possit tergiversatione celari, juxta text. in cap. Tua nos, & aspitul. fin. de cohabit. Clericor. Ergo hæc in parte Constitutio Lateranensis tanquam posterior derogavit contrariæ Constantiensis, licet illius nullam fecerit mentionem, ut est text. in cap. 1. ubi id notant gloss. Archid. Joan. Andr. Gemin. & reliqui omnes de Constitut. lib. 6. Et de Constitutionibus conciliaribus, que invicem adversantur, traduntur Turrecrem. & Præpos. in cap. Domino Sancto §. dist. & dixi in cap. Nonnulli, de re script. Et pro hæc sententia allegari possunt Abb. Pisanello, Felin. Silveit. Navarr. & Covarr. citatis supra num. 41. & 44. Hi enim auctores, cum in terminis Constitutionis Basiliensis teneant notorie excommunicatos esse vitandos, etiam non fuerint specialiter denunciati; neque exilimandi sunt idem sentire in terminis Constitutionis Lateranensis, quæ de verbo ad verbum concordat

57 cum Basiliensi. Et quamvis Silveit. & Navarr. postea se retractaverunt; id tamen fecerunt, quia ex testimonio Turrecrem. intellexerunt acta Concilii Basiliensis fuisse invalida, ut dictum est supra num. 49. Quo fundamento cessante prout cessat in Constitutione Concilii Lateranensis, quæ est eadem cum Basiliensi; judicandi sunt in priori sententia persistere. Atque hinc sequitur, ut Valadice & Popones Rutheni, quorum schisma est adeo notorium; ut nulla possit tergiversatione celari, hodie dicantur excommunicati non tolerati, ex prædicta Constitutione Concilii Lateranensis, ad quam DD. nostri non videntur advertisse; ac subinde in valide sint collationes Parochialium Ecclesiarum; tum ex parte ipsius collatoris, ut de schismaticis est casus hic, ubi irritæ decernuntur collationes beneficiorum à schismaticis factæ; & de collatore excommunicato est text. in cap. un. Ne sed. vican. lib. 6. ubi id notant gloss. in verb. Majoris, Geminin. & Ancharan. num. 2. Franc. item num. 2. ubi rationem reddit, quia purificatur Prelatus naturaliter mortuus & excommunicatus; & de excommunicato non tolerato, qualis est notorius, aut etiam publicus declarat Imol. in cap. Veritas, num. 17. de dol. & contum. Abb. in cap. Si verò num. 9. de sent. excomm. & Socin. in cap. Sacris, num. 88. col. tit. tum ex parte collatoris, vel provisi; collatio enim beneficii facta schismatico, seu hæretico est ipso jure nulla, ex cap. 2. de hæret. lib. 6. quemadmodum & facta excommunicato, cap. Pistalofus, de cler. excomm. m. i. §. de patrib. in tertio prox. fundamento; & successivè irrita sunt Matrimonia coram Poponibus celebrata, cum non sint veri contrahentium Parochi, ut pro forma requiritur ex decreto dist. cap. 1. vers. Qui aliter quam præserte Parochi, sess. 24. de reform. Matrim.

58 Neque obstat, quod ex consuetudine jam receptum fit, 61 ut ad præscriptum Constitutionis Constantiensis non habeantur pro excommunicatis non toleratis nisi nominatim denunciati; & notorie percussores Clericorum, ut testantur Soto & Covarr. locis citatis & alii Doctores passim.

Non respondetur, hujusmodi consuetudinem adversari antedictæ Constitutioni Concilii Lateranensis, ut ostensum est supra à num. 53. ac proinde non valere, ut terminis alterius Concilii Lateranensis sub Innocentio III. etiam in materia ad Fidem non pertinere docet Holtent. in cap. Cum laicis, num. 11. de reb. Eccl. non alienan. ubi ait illud esse Concilium generale, quod est observandum sicut Evangelium, cap. Sicut 15. dist. 8. ergo non valet contraria consuetudo, cap. fin. de consuet. & cap. fin. de præscrip. & Holtentem totidem verbis refertur & sequitur ibi Joan. Andr. num. 3. in fin. vers. Hoc enim est Concilium generale servandum in Evangelium: ergo non valet consuetudo contrariæ & Card. n. 7. vers. Hoc enim est Concilium, Bald. in tit. de pace Const. col. 4. in ver. Mos Romanorum, sub num. 22. in fin. Jul. in l. de quibus, col. 13. numer. 54. vers. Adde, quod eodem modo nihil valet consuetudo aliquid introducens contra Concilia generalia, ff. de leg. & Rochus de Curt. in tractat. de consuetud. numer. 546. vers. Secundo limita; quorum sententiam meo tempore secuta est S. Congregatio Concilii in causa Mediolanensis. privilegii fori ut dixi in dict. cap. Cum laicis.

Præterea participatio in Divinis cum excommunicatis non toleratis, quales ex prædicta Constitutione Lateranensi sunt omnes notorie excommunicati, est culpa moralis, ut est textus in cap. Sacris, supra de his, que vi, metu & caus. Ubi Innocentius III. decidit eam, qui per metum inducitur ad communicandum cum excommunicato incidere in excommunicationem; & subnectit rationem, quia licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam profus excludit cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurere, excommunicationem habet credim inquirari: ad idem textus in cap. Rogo 11. quæst. 3. ibi Ne cuiquam sacerdoti supra scripto Maximo communicati contra animam suam quisquam vestrum excommunicare præsumat: ubi gloss. post Hug. exponit verbum illud, communicanti, id est in sacris, concordat text. in cap. Exceptionem, ibi, in periculo anime, de except. & quævis valde sit controversum inter Doctores, an participatio extra Divina sit venialis, quod hæc examinat Archid. in dict. cap. Rogo, & Joan. Andr. in dict. cap. Sacris; tamen in divinis consentiant omnes esse mortalem, ut post D. Thomam, quem citant, concludunt Archid. & Joan. Andr. cum quibus transeunt communiter DD. locis citatis & Navarr. in Man. cap. 17. num. 29. & 30. 63 Quod convincitur ex eo, quod sic communicantem excommunicatum majori excommunicatione, capitali. Significavit, de sentent. excomm. gloss. in capitulo. Statusimus, in verb. Constitutionibus, eod. tit. in 6. major autem excommunicatio non indigit nisi pro peccato mortali, cap. Nemo Episcoporum, 11. quæst. 3. secundum Archid. & Joan. Andr. ubi supra.

Quinimo non desunt Theologi, qui putent esse culpam letalem communicare in sacris cum hæreticis & excommunicatis

64 alicuius etiam toleratis, prout in terminis Constitutionis Constantiensis, Ad evitanda, de communicationibus cum excommunicatis non denunciatis, nec notorius Clericorum percussoribus ceteris ex recentioribus, Suarez in 3. part. quæst. 65. art. 4. disp. 18. sect. 1. col. 5. lit. B. Quia, inquit, quamvis ex ratione excommunicationis solumstringatur si deleat vitare excommunicatum denunciatum, aut notorium Clericorum percussorem; ac proinde ab aliis excommunicatis interdicitur illis recipere sacramenta. At ex vi legis charitatis de vitando scandalo & generalis obligationis non cooperandi ad peccatum alterius, obligantur fideles ad non petendum, neque recipiendum sacramenta à ministro quomodocumque excommunicato eo quod ille peccat ministrando. Neque hæc obligatio cum naturalis sit, potuit per decretum Concilii Constantiensis auferri; & quamvis in hoc articulo alii aliter sentiant, ut Sanchez de Matrimo. lib. 7. disp. 9. num. 7. & sess. tamen extra controversiam est, 65 femota Constitutione Constantiensis, esse mortalem culpam communicare in sacris cum notorie excommunicatis, & nutritiva peccati, cap. fin. de consuet. cap. Flagitia 32. quæst. 7. Joan. Andr. in cap. Extirpanda, in verb. Consuetudine, de præscrip. Feder. de Sen. conf. 275. Casus talis est in statu, in princip. Calder. conf. 42. de consuet. Cum enim tantò sint graviora peccata, quanto dicitur infelicem animam derelinque allegat, nemo sane mendicis intelligit, juri, cujus transgressio periculum salutis inducit, quamcumque consuetudine, que dicenda est potius corruptela, posse aliquatenus derogari; ut legitur in eodem cap. fin.

Accedit, quod cum hæc communicatio in Divinis annexam habeat excommunicationem majorem, ut proxime dictum est; etiam ex hoc capite non potest valide introduci contraria consuetudo, quia contraveniens statim incidit in penam & in factum, cap. Aultrimus 24. quæst. 1. Holtent. in cap. 2. num. 6. vers. Sed queritur an Prælati supra de treuga & pace, Alphon. 4. Castro de pot. leg. §. panal. lib. 2. cap. 12. post primam conclusionem.

Concluditur ergo decreto Concilii Lateranensis Ruthenorum tanquam notorie schismaticis esse excommunicatos non toleratos, non obstante Constitutione Constantiensis & contrariæ consuetudine; ac propterea nullas esse collationes Parochialium ab eis factas activè & passivè & consequenter irrita esse Matrimonia coram Popis celebrata. Cogitandum est tamen an prædicta Constitutio Lateranensis cum repariata inserta in concordatis inter Leonem X. & Franciscum 1. habeat locum & servanda sit extra Regnum Franciæ; generaliter enim tenendum esse videtur annotatum in cap. Penultima, in marg. ad gloss. 2. de cler. excomm. minisr.

66 Secundum fundamentum nullitatis Matrimonii deducitur ab Extravaganti Pauli IV. Cum ex Apostolatus, edita 15. Kalend. Martii 1559. in qua statuitur ut hæretici & schismatici ultra sententias & penas variis Pontificibus inflictas sint ipso jure privati omnibus Ecclesiis etiam Cathedralibus, Metropolitanis, Patriarchalibus, ac quibuscumque dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis.

67 Quæ quidem Constitutio ad incurrendam supra dictam penam privationis, non requirit ut hæretici vel schismatici sint publicè & nominatim denunciati; & in hoc videntur addere Decretal. Innocentius III. in cap. Ad abolendam eod. tit. sed etiam de deprehensis in crimine hæresis vel schismatici. Quinimo in §. Adjuvantes, disponit ut: Si allo antiquum tempore apparerit aliquem Episcopum etiam pro Archiepiscopos Patriarchas vel Primate se gerentem ante ejus promotionem à sede Catholica devotissimè, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse; promotio de eo facta irrita atque inanis existat, nec convalescat per suspensionem numeris, consecrationis aut subjectionem regimini & administrationis provisionem, vel cujusvis temporis cursum nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur, nullamque talibus in Episcopos, seu Archiepiscopos vel Patriarchas aut Primate promotis in spiritualibus vel temporalibus administrandi facultatem tribuere constatur, sed omnia & singula per eos quomodolibet gesta & administrata, ac inde secuta quecumque veribus earent & nullam firmitatem nec jus alicui tribuantur, statque ipsi se promoti eo ipso absque ulla desuper declaratione sciendæ omni dignitate loco titulo, honore, officio, auctoritate & testatè privati.

68 Quo loco ponderandum est illud verbum, apparerit, quod proprie verificatur in Grecia nostri temporis, quorum hæresis & schisma notorium est, c. Tua nos & cap. fin. de cohabit. Cleric. & malier. cum præferim etiam ex præsumptionibus aliquid dicatur apparere, ut est text. in cap. Scribam. de præsumpt. Similiter ponderanda sunt illa verba, absque ulla declaratione, nam etià verba hæc regulariter non excludunt declarationem super facto, c. Quia secundum, de hæret. in 6. l. Ejus qui delatorem, ubi Bart. ff. de jure

69 sess. Anchar. in Clem. 1. in 6. notab. de panis; tamen nec declaratoria facti requiritur ubi crimen est notorium, cap. Peruenit & hic Abb. de appell. Innoc. in cap. in Lateranensi, n. 1. vers. Nisi forte esse notoria horum participatio, de prob. cum quo transeunt hic communiter DD. Felin. in cap. Rudolphus, n. 27. vers. Limita primo & n. 39. vers. Salva veritate de refer. hæc enim tria equiparantur, Judicis denunciatio, propria confessio & evidentiæ, ut est casus in dict. cap. fin. de cohabit. Cleric. & malier. & eo magis, quia prædicta Constitutio Pauli IV. in §. Et insuper, utitur illis verbis: eo ipso absque aliquo jure aut facti ministerio. Denique expendenda sunt verba, nullam prorsus firmitatem, nec jus alicui tribuantur; que clarè ostendunt provisiones hujusmodi esse nullas non solum in favore schismaticorum, sed etiam Catholicorum.

70 Ac propterea Pius V. in Constitutione incip. Cum ex 69 Apostolatus, edita 6. Kalen. Februarii 1567. reservavit Sedi Apostolicæ beneficiis, propter hæresim vacantia, declaravitque illa non comprehendi in imperatoribus in quibus modus vacationis propter crimen hæresis non sit expressus. Et libid. Gregorius XIII. in Constitutione, à Ecclesiis, edita 18. Novembris 1580. decrevit dispositiones beneficiorum factas Apostolica vel ordinaria auctoritate, in personam hæreticorum, aut ab eis descendendum vires & effectum non habere & beneficia hujusmodi ut prius vacare & sub priori affectone vel reservatione manere & alia nondum reservata neque effecta ad novam Romani Pontificis dispositionem tantum pertinere, eaque ab aliis idoneis ab ipsa Sede duntaxat liberè impetrari possent. Quomobrem est; Concilium Constantiense habilitasset schismaticos ad beneficia conferenda vel obtinenda & illius dispositio sublata non esset ex Concilio Lateranensi, tamen cum in hoc contrarium decerneret Paulus IV. Pius V. & Gregorius XIII. standum erit illorum Extravagantibus tanquam posterioribus. Ad hoc enim ut Constitutio posterior tollat priorem Concilium non est opus ut specialiter deroget Concilio generali, quia hæc derogatio requiritur tantum in privilegiis, & litteris gratia juxta textum in cap. Ex parte, de Castell. Monach. & cap. Eam te, de stat. & qualis. non autem in Constitutionibus que sunt per modum legis universalis, ut est casus in cap. 1. ubi gloss. Archid. & omnes notant de consuet. in 6. & dixi latè in cap. Nonnulli, n. 29. supra de re script.

71 Ultimum fundamentum nullitatis Matrimonii est, quia 72 est Constitutio Constantiensis remanere in suo robore nec sublata esset per posteriores Constitutiones; tamen lata fuit ad vitanda scandala, & consulendum timoratis conscientias eorum qui cum excommunicatis communicabant. Hi enim si sint Catholici ex dicta Constitutione, Sacramenta & beneficiorum collationes valide recipient ab excommunicatis toleratis. Verum per hoc nullum jus ipsi excommunicatis tribuunt, ut hic declarat in sine in hæc verba: Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdicitos seu prohibitos non intendimus in aliquo relevarè, nec eis quomodolibet suffragari. Quæ clausula potest videri ad litteram repetita tam in Concilio Basiliensi & Moguntino, quam in Lateranensi. Ergo quantum pertinet ad ipsos excommunicatos, & illorum favorem, cum teneantur abstinere ab his que excommunicatis à Sacris Canonibus sunt interdicitæ, ut in terminis prædictæ Constitutionis post S. Antonin quem citat, tradit Silveit. excomm. 5. n. 8. vers. Sed hoc non habetur ex textu; Covare. in cap. Alma mater, par. 1. §. 2. n. 11. Navarr. in Manual. c. 27. n. 43. vers. Nota secundo, hinc sequitur ut provisiones Parochialium Ecclesiarum tam activæ, quam passivæ nullam habeant roborem firmitatem; nam cum excommunicati etiam non denunciati in nullo juventur ex prædicta Constitutione utique subsistant per omnia dispositioni juris communi. De jure communi autem collatio beneficii facta excommunicato quales sunt hodie omnes schismatici saltem ex Bulla Cæsaræ Domini irrita est ipso jure, & est casus in cap. Postulasti, ut ostensum est supra in 4. not. de cler. excomm. minisr. ubi Innocent. III. (Cum inquit, excommunicatis communicari non debeat. Clericis excommunicationis vinculo innodatis Ecclesiastica beneficia conferri non possunt nec illi valeat ea licite retinere.) Ad idem text. in cap. Post vestrum, de probat. & tradunt DD. utrobique & Selva de benef. 3. par. quæst. 4. & Caputaque decis. 305. par. 2. m. 6. & 10. idique procedit non modo ante denunciationem, ut probatur in d. c. Postulasti, juncto, c. Cum non ab homine, de sent. excomm. 74 sed etiam si communicatio sit occulta, adeo ut nec in foro conscientie, beneficium excommunicato collatum possit ab ipso retineri, ut patet ex littera dict. cap. Postulasti, hic, nec illi valeat ea licite retinere, ubi id not. Rebuff. in gloss. in verb. Retinere n. 61. Ac propterea in litteris Apostolicis provisionem ad validandam gratiam in favore excommunicati non denunciati ex illo apponit solet clausula absolventis à censuris ad effectum gratiæ duntaxat conferendum per illa verba: Teque à quibusvis, &c. ut per Felin. in

ubi Burr. num. 4. supra de off. deleg. Bald. in l. Si verum, §. Sed similes, numer. 3. ff. de testa. mist. & consequenter aperte constat schismaticos omnes stricte sumptos etiam tunc heresi tanquam inobedientes ac rebelles Romano Antistiti incidere in censuram Sedi Apostolicæ referatam in preallegatis Extravagantibus. Postremo cessat omne dubium, quia in Bulla Cæne Domini quotannis anathematizantur non tantum heretici, sed etiam schismatici; ut in Bulla Greg. in XIII. Consequenter ibi: Nec non schismatici & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedant.

25. Ultimo nota irritas esse collationes dignitatum, & beneficiorum à schismaticis factas: de quo die plenius, ut in sequenti questione.

26. In Russia, ac præcipuè in Leopoliensi Provincia Catholici permixti degunt cum schismaticis, quorum triplo major est numerus; ac plerique in locis vix unus sacerdos Catholicus reperitur, unde passim Popones, id est Sacerdotes schismatici in possessione Parochialis Ecclesiæ iustitiam, quos Rutheni suos Parochos estimant, sacramenta admittunt Græco ritu, & Catholicos cum schismaticis se & contra Matrimonium conjungunt. Querit Archiepiscopus Leopoliensis.

An Popones sint sine cura subjeutorum Ruthenorum & Ruthenarum proprii Parochi & an includantur in Canone Matrimonii Concilii Tridentini, ita ut dum Catholicus contrahit cum Ruthena, vel e converso in manibus Poponis Matrimonium hoc validum, necne.

27. Supposita publicatione decreti cap. 1. sess. 24. de reformat. Matrim. in Parochiis Ruthenorum, solutio questionis est sententia Theologorum, quod consistit Archiepiscopus, pender ex duplici inspectione. Prima est, an Valadice Ruthenorum sint veri Episcopi. Secunda, si sint, an habeant jus instituendi Parochos.

Quoad primam inspectionem admittunt omnes tam Theologi, quam Canonici Valadicos esse veros Episcopos Ruthenorum, cum dubitandum non sit, quin schismatici in forma Ecclesiæ, quia utuntur Rutheni, & cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, verus Episcopalis & Sacerdotalis ordo conferatur, ut patet ex autoritate Augutini lib. 9. contra Epist. Parmeniani cap. 13. ubi improbat quorundam opinionem, qui putabant Episcopos schismaticos neque habere ordinis Sacramentum, neque alius conferre posse, quod refertur in cap. Quod quidam, 1. questio. 1. & in cap. Ostendatur, de consecr. distin. Sacramentum enim potest tradere separatus sicut potest habere separatus, ut idem Augustinus docet lib. 6. de Bapt. contra Donatistas, cap. 9. circa princip. & ad Bonif. Epist. 50. Et hanc esse Catholicam veritatem dicit gloss. communiter approbata in summa 9. questio. 1. ubi Turrecem. in c. Si quis in c. 1. de ordin. ab Episc. etiam ignoranter sic fuerit ordinati, ut in c. 1. ult. eod. tit. & post Innoc. notat Joan. Andr. in d. c. 1. super ult. gloss. & hic super secunda gloss. ad finem magnæ suspensionis. Præposit. in summa 9. q. 1. n. 1. non autem debent intelligi quoad potestatem officii & veritatem vere essentiam consecrationis, ut paulo infra declarat Gratian. post caput Miramur in §. His autoritatibus 24. questio. 1. & vide quod scripsi de utraque potestate Sacramentali & jurisdictionali in cap. 1. supra de supplen. negligent. Prælat. hac de prima inspectione.

Quoad secundam inspectionem, videlicet an Valadice Ruthenorum habeant jus instituendi Parochos, longè major est difficultas; & quidem pro parte affirmativa videtur valde urgere quod ante Concilium Constantiense excommunicati omnes dicebantur non tolerari & vitandi erant etiam ante ullam denunciationem, casus est in c. Cum non ab homine de sent. excomm. in c. Excommunicatus 1. q. 3. & post Hugon. & Raimund. notat Archid. in c. Si tantum n. 1. q. 2. gloss. in c. Sanè quod in verbo Nominatio, 24. q. 2. per textum in c. Cum desideres de sent. excomm. Felin. in c. Rodolphus n. 39. de re script. ubi redarguit Petrus de Anchar. quod pes inadvertentiam scripserit contra predicta iura in conf. 189. Tribus de causis, tot. 1. Ideoque heretici & schismatici tanquam excommunicati ex cap. Excommunicatus 1. & 2. de heret. & ex Bulla Cæne Domini indistinctè dicebantur nullam Ordinum executionem vel jurisdictionem habere, ut hic est in cap. seq. Abb. in cap. Ad probandum, num. 2. de re judic. S. Thom. in 3. par. questio. 50. alius 19. art. 5. Silvest. in verb. Schismaticus num. 3. Ac propterea nec poterat veros Parochos instituere, imò eorum collationes erant ipso iure nullæ ex Decreto Concilii Lateranensis hic relato & Constitutione Alexandri IV. in c. 2. Heretici de heret. lib. 6. Institutio enim autorizabilis seu datio cure animarum est de lege jurisdictionis, cap. congregetur & de Officio Ordinar. Episcopi autem schismatici prorsus carebant potestate jurisdictionali, d. §. His autoritatibus, 24. questione primè & ex Sententia Divi Thomæ ostensum est supra in 1. inspectione à n. 30.

Verum postea in Constantiensi Concilio sub Martino V. edita fuit Constitutio incip. Ad vitanda, quam ad litteram refert Sanctus Anton. in 3. parte, tit. 25. c. 2. Felin. in d. c. Rodolphus, n. 39. verè. Insuper ad vitanda de re script. Silvest. in verbo Excommunicatio, 5. n. 7. verè. Sciendum est 4. & Sotus in 4. distinctione 22. questione primè, articulo quarto, quò statutum est, ut hi tantum excommunicati censentur non tolerari; & vitandi debent qui nominati & expressè fuerint denunciati vel notorii Clericorum percussores.

Et quamvis, ut idem Sanctus Antonius testatur in 3. parte, tit. 25. c. ult. citatur ad Felin. ubi supra, quidam assererent eandem Constitutionem fuisse propositam, sed non acceptatam præcipuè ab Italica natione, ipse tamen auditivè dicitur venerabilibus viris quos nominat, quò Concilio intere fuerunt eam fuisse acceptatam ab omnibus, ut perperam & in trafr. de consecr. c. 84. disputat, an Summus Pontifex poterit si statuere; & concludit affirmativè, adiciens quòd eum quidam dixerit Martino V. se audivisse illam Constitutionem

in his homo non operatur, nisi sicut instrumentum Dei, unde effectus Sacramentalis non excluditur propter culpam quamcumque conferentis Sacramentum, c. Si iustus, c. Ex Catholica c. Sic autem, cum multis seq. 1. questio. 1. Potestas autem jurisdictionalis est que ex simplicijunctione hominis conferatur ut talis potestas immobiliter adheret, unde in schismaticis & hereticis non manet; ideoque nec excommunicare; nec indulgentias facere, aut aliquid hujusmodi; quòd si fecerint nihil est actum, cap. Omnibus, cap. Aut Castellanus, & c. Aperte, 24. q. 1. Cum ergo dicitur tales non habere Episcopij potestatem, non est referendum ad ipsam essentiam potestatis, sed ad legitimum usum ejus, ita Divus Thomas & Silvester in verbo Schismaticus, num. 3.

Et eodem modo responderetur ad c. didicimus & c. pudenda, eod. causâ & q. ubi Pelagius Papa. Pudenda, ut ita dicam, rapina in divisione non consecratur, sed excommunicatur Episcopus, si enim ritum non consecraturis rationabiliter ad vitandam intellectum discussimus in qui cum universali detestatur consecrari Ecclesia, consecratur dicit vel esse nullâ ratione poterit, consecrare enim est final facere, sed ab Ecclesia consecratus si visus & Apostolicis sedibus separatus excommunicatur & non consecratur, jure ergo non consecratur potest dicit quem simul facere in unitate consensibus membris non aguntur Ecclesia. Hæc hic. Hæc namque & consimiles autoritates intelligi debent vel quoad ea que concernunt jurisdictionem, ut dictum est, vel quoad executionem tantum, quam de jure communi non recipiunt ordinati ab Episcopis schismaticis vel præcis ab Ecclesia seu excommunicatis, d. c. Qui perfectio nem; & hic Turrecem. in c. 3. & 4. c. seq. 1. q. 1. c. 1. de ordin. ab Episc. etiam ignoranter sic fuerit ordinati, ut in c. 1. ult. eod. tit. & post Innoc. notat Joan. Andr. in d. c. 1. super ult. gloss. & hic super secunda gloss. ad finem magnæ suspensionis. Præposit. in summa 9. q. 1. n. 1. non autem debent intelligi quoad potestatem officii & veritatem vere essentiam consecrationis, ut paulo infra declarat Gratian. post caput Miramur in §. His autoritatibus 24. questio. 1. & vide quod scripsi de utraque potestate Sacramentali & jurisdictionali in cap. 1. supra de supplen. negligent. Prælat. hac de prima inspectione.

Quoad secundam inspectionem, videlicet an Valadice Ruthenorum habeant jus instituendi Parochos, longè major est difficultas; & quidem pro parte affirmativa videtur valde urgere quod ante Concilium Constantiense excommunicati omnes dicebantur non tolerari & vitandi erant etiam ante ullam denunciationem, casus est in c. Cum non ab homine de sent. excomm. in c. Excommunicatus 1. q. 3. & post Hugon. & Raimund. notat Archid. in c. Si tantum n. 1. q. 2. gloss. in c. Sanè quod in verbo Nominatio, 24. q. 2. per textum in c. Cum desideres de sent. excomm. Felin. in c. Rodolphus n. 39. de re script. ubi redarguit Petrus de Anchar. quod pes inadvertentiam scripserit contra predicta iura in conf. 189. Tribus de causis, tot. 1. Ideoque heretici & schismatici tanquam excommunicati ex cap. Excommunicatus 1. & 2. de heret. & ex Bulla Cæne Domini indistinctè dicebantur nullam Ordinum executionem vel jurisdictionem habere, ut hic est in cap. seq. Abb. in cap. Ad probandum, num. 2. de re judic. S. Thom. in 3. par. questio. 50. alius 19. art. 5. Silvest. in verb. Schismaticus num. 3. Ac propterea nec poterat veros Parochos instituere, imò eorum collationes erant ipso iure nullæ ex Decreto Concilii Lateranensis hic relato & Constitutione Alexandri IV. in c. 2. Heretici de heret. lib. 6. Institutio enim autorizabilis seu datio cure animarum est de lege jurisdictionis, cap. congregetur & de Officio Ordinar. Episcopi autem schismatici prorsus carebant potestate jurisdictionali, d. §. His autoritatibus, 24. questione primè & ex Sententia Divi Thomæ ostensum est supra in 1. inspectione à n. 30.

Verum postea in Constantiensi Concilio sub Martino V. edita fuit Constitutio incip. Ad vitanda, quam ad litteram refert Sanctus Anton. in 3. parte, tit. 25. c. 2. Felin. in d. c. Rodolphus, n. 39. verè. Insuper ad vitanda de re script. Silvest. in verbo Excommunicatio, 5. n. 7. verè. Sciendum est 4. & Sotus in 4. distinctione 22. questione primè, articulo quarto, quò statutum est, ut hi tantum excommunicati censentur non tolerari; & vitandi debent qui nominati & expressè fuerint denunciati vel notorii Clericorum percussores.

Et quamvis, ut idem Sanctus Antonius testatur in 3. parte, tit. 25. c. ult. citatur ad Felin. ubi supra, quidam assererent eandem Constitutionem fuisse propositam, sed non acceptatam præcipuè ab Italica natione, ipse tamen auditivè dicitur venerabilibus viris quos nominat, quò Concilio intere fuerunt eam fuisse acceptatam ab omnibus, ut perperam & in trafr. de consecr. c. 84. disputat, an Summus Pontifex poterit si statuere; & concludit affirmativè, adiciens quòd eum quidam dixerit Martino V. se audivisse illam Constitutionem

fuisse pro quinquennio, Martinus respondit: Ego volo ut semper duris; & alia subnectit circa robur ejusdem Constitutionis. Quamobrem jam robor Ecclesiæ receptissimum est, ut non vitamus nisi duas illas excommunicatorum species quæ prædictum Concilium vitari iussit, ut ait loco citato Sot. post Cajet. & licet Covar. in c. Alma mater, par. 1. §. 2. n. 7. dicat in exemplaribus que extant, se nunquam reperisse hoc Decretum inter Canones Constantiensis Concilii, ac propterea dubitare in potius fuerit conditum à Martino V. ut etiam supponit Navarr. in mon. c. 27. n. 35. utcumque tamen sit Decretum illud recipiendum est ut Canonicum, ut omnes admittunt loc. cit. neque obstat quòd Abbas in clem. 2. de sent. excomm. n. 6. refert in alio Canone Concilii Basiliensis, sess. 20. §. Ad vitanda scandala, sancitum fuisse ut non teneatur quis alium vitare in Divinis vel extra præteritu excommunicationis aut suspensionis, aut interdictionis observari nisi sit facta per Judicem declaratio aut conditio quem in excommunicatione etiam si notorie incidisse, ut nulla possit tergiverlatio elari; & quòd Nicolaus de Ausmo in supplemento Pisanella in verbo Clericus in fine, relatus à Felin. in d. c. Rodolphus n. 39. de re script. refert eandem Constitutionem concordatam cum relatione Abbatis, subdens se illam extraxisse de libro Juliani Cardinalis, qui vulgariter dicebatur Sancti Angeli & præfuit eidem Concilio; & sibi ostendit hanc Constitutionem in camera sua & studio suo Florentiæ anno 1440. die 11. Decembris, hic autem Canon Basiliensis Concilii tanquam posteriori fuisset Constitutionem Concilii Constantiensis, quò non erant vitandi nisi expressè denunciati aut notorii Clericorum percussores, ut videtur sentire Covar. in d. c. Alma mater par. 1. §. 2. n. 7. & ante eum Felin. in d. c. Rodolphus, n. 39. de re script. obiter censuit notorie excommunicatos ante denunciationem indistinctè esse vitandos. Silvester in verbo Excommunicatio 5. n. 9. & in effectu Navarr. de panit. dist. 6. §. Laborer n. 9. & in manuali c. 17. n. 35. Id inquam non obstat, quia hujus Canonis Concilii Basiliensis nulla ratio habenda est, non quidem ex eo quòd conditus fuerit post dissolutionem Concilii, ut quidam incaute opinati sunt, nam sessio in qua habetur ille Canon, celebrata fuit anno 1435. undecimo Kalend. Febr. ut patet in notis ad eam sessionem tom. 4. Conciliorum, par. 2. p. 408. col. 2. Dissolutio autem seu transiitio Concilii ad Civitatem Ferrariensem facta fuit ex Eugenio post menses circiter triginta duos, ut constat ex Bulla translationis, quæ incipit Doctoris gentium, edita 14. Kalend. Octobris 1437. quæ habetur post acta Concilii Basiliensis eod. tom. 4. part. 1. p. 215. & quamvis Eugenius multo ante, id est 15. Kalend. Januar. anno 1437. ejus Pontificatus primò dissolvisset Concilium, quò Basileæ congregatum videretur aliudque Concilium in anno cum dimidio Bononiæ & sequens aliud Concilium in decennio Avinionensi indixisset, ut in Bulla dissolutionis que incipit Osoniam alto & incomprehensibili Domino; & habetur interdum post acta ejusdem Concilii p. 209. tamen hæc dissolutio ex causam defectu potestatis cassata fuit ab eodem Eugenio, perinde ac si nunquam emanasset, ut in Bulla incip. Duam Sacram Generale Basileense Concilium, quæ ponitur inter illius acta, sess. 16. tom. 4. par. 1. p. 41. unde manifestè apparet sessionem 20. fuisse habitam ante scissuram Concilii. Quod etiam clarè colligitur ex Epistola Eugenii ad Concilii legatos, scripta post duos menses à celebratione illius sessionis, videlicet 13. Kalend. Martii 1435. ut patet p. 214. Atque ita prædictum Canonem fuisse editum in Concilio Basiliensi ante scissuram testatur Sanctus Anton. in trafr. de censur. c. 83. dicens se ita audivisse à Cardinali Juliano Concilii Legato. Idemque asserit Silvester in verbo Excommunicatio 5. n. 7. verè. Sciendum est quarto de Covar. in c. Alma mater par. 1. §. 2. n. 7. Quod tamen immediatè subjicit idem Sanctus Anton. Constitutionem Concilii Constantiensis fuisse approbatam in Concilio Basiliensi & ab Eugenio IV. non est utiqueque verum. Refertur enim Constitutio Basiliensis, eod. sess. 20. in 4. Ad vitanda, eod. tom. 4. Concil. par. 1. p. 50. & concordat cum Constitutione Constantiensis usque ad verè. Salvo. Sed potest ubi Constantiensis excipit tantum notorii Clericorum percussores, hæc Basiliensis generaliter excipit ac vitari jubet omnes notorie excommunicatos; & in hoc consentit cum illa que postea edita fuit in Concilio Lateranensi, ut patet infra n. 55. unde cum Concilium Basiliense fuit non denunciatus esse vitandus; idemque leniter Felin. eorum autoritatis innotuit in c. Rodolphus n. 39. verè. Salvo veritate de re script. ubi hæc discrepantiam non considerans, confundit Constitutionem Constantiensis cum Basiliensi. Et eodem modo lapsus est Navarr. in Mon. c. 27. n. 34. ubi dicit Extravagantem Martinum V. fuisse male relatum à Sancto Anton. & Felino se bene à seipso in c. 1. §. Laborer, de pan. dist. 6. nam reverè bene refertur ab illis & male ab ipso, quia ipse

loco Constitutionis Constantiensis seu Extravagantiæ Martini V. ab Eugenio IV. approbata refert Constitutionem Concilii Basiliensis editam multo post obitum Martini V. videlicet Pontificatus Eugenii, anno quinto & sextum in Concilio Lateranensi sub Leone X.

Sed ex alio capite hæc Canon Basiliensis non est attendendus nec aliquatenus derogat Constantiensis, nempe quia acta Sinodi Basiliensis fuerunt reprobanda, aliquibus tantum exceptis, ut constat ex sess. 11. Concilii Lateranensis novissimi; ubi Conciliabulum schismaticum & nullius prorsus auctoritatis appellatur, præsertim post translationem, quæ verba indicant etiam ante translationem illud non fuisse ex omni parte legitimum, ut dixi in c. Significasti, n. 25. & 26. supra de elect. Idipsum constat ex Bulla Nicolai V. incip. Ut pacis, edita Spolet. 14. Kalend. Julii 1449. quæ habetur inter acta Concilii Basiliensis, tom. 4. Concil. par. 1. p. 96. nam cum Felix V. Antipapa cessisset Pseudopontificatus; & actaque omnia Basiliensis Conciliabuli ipsi iudicio quod improbatæ, Nicolaus pacis gratiæ approbavit eas tantum Constitutiones quæ de beneficiis Ecclesiasticis fuerunt editæ; & improbatæ reliqua omnia que aliorum Conciliorum Decretis & Constitutionibus non sunt definita. Quibus verbis evidenter apparet prædictam Constitutionem Concilii Basiliensis in ea parte in qua præcipit vitari omnes notorie excommunicatos, etiam non denunciatos fuisse penitus reprobatam, & non solum in ea parte non reperitur idem definitum in alio Concilio, prout requiritur ad hoc ut cadat sub preservatione Nicolai, sed potius reperitur definitum oppositum in Constitutione Constantiensis quò præcipit vitari non denunciatos, nisi sint notorii Clericorum percussores. Rationes eorum cur acta Sinodi Basiliensis fuerint invalida fuisse recentatur à Card. Turrecem. qui in minoribus agens eundem Sinodum interduci in summa de Eccl. lib. 2. c. 100. Quamobrem quòd notorie excommunicatos non denunciatos ferendum esse Decretum Constantiensis Concilii jura generaliter Ecclesiæ uti docet Sanctus Anton. in 3. par. tit. 28. Adria. in 4. in materia de clavib. Cajet. in summa in verbo Excommunicatio major. & in 2. a. q. 12. art. 2. Itemque Silvester in constituto Ecclesiasticarum, ubi vidit Turrecem statim, à priori sententia distelli, quò & Navarr. fecit in ultima impressione Man. c. 3. n. 8. & c. 27. n. 35. & similiter Covar. preallog. in c. Alma mater, par. 1. §. 2. n. 9. verè. Si quis igitur. Factur magis receptam esse in Christiano Orbe Martini V. & Constantiensis Constitutionem. Unde refert Avila in trafr. de cens. dist. 2. dub. 2. verè. Secunda opinio, in Anglia & Germania Catholicos tunc cum notorie hereticis communicare, nun non dicitur nominatim denunciari ex eo quòd in Bulla Cæne fuerat censura in schismaticos generaliter non nominatim profert, ut animadvertit Sot. in 3. d. 21. q. 1. art. 4. verè. Ista questione utque ad verè. Quòd si arguas. Sed ad hoc ut dicatur non tolerari, necesse est ut in notoria censura expressio nomine proprio, aut aliquot apollitis lignis que certè & absolute ullo dubio eam quæ excommunicat, significant & denotent secundum Covar. in d. c. Alma mater, §. 2. n. 8. & ante eum glossa in clem. 1. in verbo Nominatio, de vit. & honest. Cleric. quæ communiter illic recipitur. Non obstat quòd dicta Constitutio Ad vitanda, ad eum modum quo condita fuit in Concilio Basiliensi, postea ad litteram repetita fuerit & innovata in Concilio Moguntino, c. 104. anno 1549. ut patet tom. 4. Concil. par. 2. p. 208. Quoniam hæc Sinodus fuit Provincialis sub Sebastiano Archiepiscopo, nec apparet confirmata per Sedem Apostolicam, unde nullatenus derogavit Constitutioni editæ in Generali Concilio Constantiense, textus est in c. Quòd super his & hic dixi de major. & obid. & censuit Sacra Congregatio Concilii superioribus annis in causa Concilii Provincialis Guelphensis; & ad summum hæc Constitutio servanda esset solummodo in Provincia Moguntina, extra quam Sinodus jurisdictionem non habet, c. Decernimus 3. q. 9. c. Cum his de Judæis, c. 1. & per tot. 13. dist. gloss. & Doctores in c. Dominus Sanctus 50. dist. Sequitur hic ut Episcopi schismatici ex recepta omnium sententia tanquam excommunicati tolerati, id est non nominatim denunciati actus jurisdictionis valide exerceant ac beneficia conferant ut in specie de collationibus beneficiorum post Concilium Constantiense adnotavit Sot. loc. cit. verè. Primum nota. Ratio est, quia sit ab Episcopo ratione publici muneris; & valent actus qui generantur publici muneris auctoritate ab excommunicatis dum tolerantur, c. Ad probandum ubi Felin. de re judic. Abb. & alii in c. Veritate de dolo & contum. & in terminis Constantiensis Concilii tradit Saranen. in trafr. Extravagantiarum, n. 60. & Covar. in d. c. Alma mater, par. 1. §. 7. n. 9. Suarez tom. 5. de censur. dist. 14. sess. 2. n. 1. & Sot. in eod. trafr. lib. 2. c. 6. n. 2. Itaque cum Valadice, ut initio probavimus, sint veri Episcopi Ruthenorum & tanquam tolerati, id est non denunciati nominatim, possunt actus jurisdictionis exercere & beneficia Ecclesiastica conferre, non cessarè videtur sequi, ut quantum in ipso est Popones ab eis instituti in possessione beneficii curati sint veri Ruthene.

cap. *Apostolica*, in *prin. de excep. Scaphil. de litteris gra-
tia*, tit. de vi. & effect. claustralium, §. 1. d. n. 7. Boer.
decif. 290. Rebuff. in *gravi in forma & declaratione nova
provisionis*, in verb. *Teque absolventes*, & in concord. in
forma mandati Apostolici, verb. *Quavis occasione*, Mandof.
de *Signatura gratia*, tit. de *provision. vers. Claustra*, ut
cum absoluitio Navarr. in cap. *Ita quorundam, de Judicis
in 1. notab. & in Manual. cap. 27. n. 22. vers. Decimo
tertio*, annulat *rescripta*. Ratio hujus conclusionis est, quia
in his que non geruntur ratione publici officii, sicuti est
beneficium obtinere, nulla est differentia inter excommu-
nicatum publicum & occultum, Abb. in cap. *Ad prohiben-
dum*, n. 12. & 13. d. 72. *judic. & latius patebit infra* in
secunda responsione ad quartam opposit. n. 137. Similiter
collatio beneficii facta heretico, quales esse schismaticos nos-
tri temporis ostensum est supra, n. 16. est ipso jure nulla
ex Decretal. Alexandri V. c. 2. §. *Heretici, de heret. lib.*
6. ibi: *Ad nullum Ecclesiasticum beneficium admittantur;*
quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane
Unde hereticos hujusmodi esse irregulares & inhabiles ad
beneficia obtinenda scripsit Specul. tit. de *dissenfat. §.*
Justa, n. 16. *vers. Dicens quod est irregularis hereticus*
& sequuntur Felin. in cap. *Item te, de refer. n. 12. in 1.
limitat. Lambert. de jure patr. in 1. par. lib. 1. quast. 7.
art. 4. n. 26. Mandof. de Signatura gratia, tit. de abso-
lutione ad heresi, in prin. Majofus de irregular. lib. 5.
c. 46. n. 1. & 2. Navarr. in *Man. c. 27. n. 203. v. Tertio
dico* per text. in c. *Si quis omnem, 1. quis omnem, 1. qu.*
7. & d. §. Heretici. Ad idem textum in cap. *Nis consue-
tudinem*, 12. *dissin. hic: Exceptis ite, qui ex Donatistis
ad Episcopatum perveniunt, quos prochi ad Primatus digni-
tatem modis omnibus prohibemus*, & hic gloss. *fin. & in cap.
Quia diligentia, de elect. ubi schismaticus ad unionem Ec-
clesie revertis eligitur in Episcopum, electio non tenet,*
& quamvis nonnulli contrarium in heretico occulto, & ad
fidem converso, ut apud Sayrum de *confur. lib. 7. cap. 12.
num. 16.* tamen ubi crimen est publicum, & multo magis
ubi est notorium, & ante emendationem, ut hoc casu;
omnes conveniunt hereticos esse irregulares & inhabiles ad
beneficia, juxta text. in dict. §. *Heretici*, & quidem ea
inhabilitate, que non solum titulum, sed etiam posses-
sionem inficit, ac nudam detentionem, cap. *Quo de Annali,
quast. 51. vers. Limitatur tamen*. Propterea nullitas collatio-
nis fargi hoc casu etiam ex defectu potestatis collatoris,
scilicet Episcopi excommunicati, quales sunt Rutheni per c.
*Excommunicamus, 1. & 2. & cap. Ad abolendum de heret.
& Bullam Cœne Prædicitam*, ut latius dictum est supra in
4. notab. etiam ante denunciationem sunt destituti omni
profus facultate beneficia conferendi, ut dixit Rota coram
Cæfare de Grass. decif. 191. num. 12. & num. 20. & est
text. in cap. *Unico*, & hic DD. *non sude vacan. lib. 6. Et
propterea in causa Assilien Canonice 25. Junii 1599. coram
Gipio fuit resolutum collationem factam ab Episcopo
suspensio, à collatione beneficiorum ex eo, quod beneficium
vacans per resignationem contulit consanguineo resignantis,
ex Constitutione s. Pii V. esse nullam, & sic esse jacti-
catam gratiam illius, qui impetravit dictum Canonicatum
ab Episcopo collatum, narrando illum esse suspensum à
collatione, qui tamen non erat suspensus denunciatus, ut
refert Garzia de *benef. par. 5. cap. 4. num. 325.* Quin imò
id procedere etiam in occulto excommunicato censuit Rota
in *receptor. decif. 532. num. 2. part. 1.* Et quavis hoc
non transeat absque difficultate, per ea, que dicuntur in-
fra num. 126. & seqq. tamen ubi excommunicatio est non
solum publica, sed etiam notoria, ut in casu presentis, extra
controversiam est collationem esse nullam, Anchor. in cap.
*Nihil, quast. in fin. de elect. & eodem modo irrita est
collatio facta ab Episcopo schismatico, ut est textus hic,
& in cap. fin. infra eod. Si igitur de jure communi invalide
sunt collationes beneficiorum tam ex defectu potestatis col-
latorum, quam ex inhabilitate obtinentium propter notorium
vitiu schismatici & excommunicati; Episcopi & sacer-
dotes Rutheni tanquam notorie schismatici, & excommu-
nicati in nihilo relevatur ex Constitutione edita Constan-
tiam, manifestè hinc apparet non valere matrimonia contracta
coram Popis Rutheni. Irritum enim est Matrimonium cele-
bratum coram Parocho palam intruso, ac titulum non ha-
bente, ut post Concilium Tridentinum censet Henriquez
de *Matrim. lib. 11. cap. 3. num. 4. Manuel. in summ. tom.
1. cap. 219. num. 8. in secunda edit. de post eum Sanchez
de Matrim. lib. 3. distinat. 22. num. 60. & alii re-
censores.****

81 Nec refert, quod valeat Matrimonium contractum coram
parcho excommunicato etiam denunciato, ut respondit
Sacra Congregatio Concilii tempore Cardinalis Matthæi re-
diligenter examinata, quia id procedit in excommunicato,
qui alias sit verus Parochus, ita enim colligitur ex votis
Cardinalium, qui unanimes dixerunt excommunicatum non

desinere esse Parochum, quia retinet beneficia prius ob-
tenta, licet non possit acquirere de novo, cap. *Cum bene
memoria, de atat. & qual. de dict. cap. Postulasti de
elec. excomm. Ministr.* Sed Popones cum ob procedentem
excommunicationem, & schisma fuerint beneficiorum inca-
paces, dici non possunt veri Parochi Ruthenorum. Ac prop-
terea videtur respondendum non valere Matrimonium coram
eis contracta adinstar alterius decisionis Sacra Congregatio-
nis, qua declaratum fuit nullum esse Matrimonium contrac-
tum coram Parocho publico heretico, si decretum Concilii
de *reformat. Matrim. sess. 24. cap. 1. publicatum fuerit in
Parochia*, & lapsi erant triginta dies à die publicationis,
& gravia videntur urgere.

Opponitur enim primo, Constitutio Constantiensis, ad evi-
tandam, que indulget Catholicis ut possint recipere Ecclesiasti-
ca Sacramenta, etiam ab hereticis & schismaticis non denu-
nciatis secundum Navarr. *conf. 10. num. 2. de hereticis,
& de orat. cap. 22. in nova impress. Gabriel. Sotum, Le-
desnam, & Henriquez citatum à Sayro de censur. lib. 2. c.
12. num. 2.* Sed ab hereticis seu schismaticis Catholicis Sa-
cramenta recipere non possunt, nisi illi habeant titulum Ca-
nonicum Parochialis Ecclesie, cujus ratione Catholici sunt
eorum subditi, cap. *Ecclesias, 13. quast. 1. gloss. 2. in
cap. Nec numerus 10. quastio 1. 3.* Ergo ne indultum Ca-
tholicorum sit inane, & elusorium contra cap. in *his, de
privileg. dicendum est hereticos & schismaticos fuisse effectus
habiles etiam ad Parochiales obtinendas, tanquam necessarium
antecegens ad Sacramentorum administrationem, arg.
1. *Ubi, ff. de acquir. heret. l. Ad rem mobilium & l. Ad
legatum, ff. de procur. cap. Præterea, de off. Delig. cum
concord. de quibus per gloss. *fin. in cap. 1. eod. tit. Gene-
rale est enim in omni materia, ut in concessione consequens
includatur sicut necessarium antecedens* Jaf. Cur. Jun. in
1. *in prin. ff. de jurisd. om. judic. ita ut etiam tacita
dispensatio inducatur super defectu quando alias gratia nulla
esset, vel ex ea nulla utilitas perciperetur, Oldrad. *conf.
332. nam 8. vers. Item de nam, & plura hæc de re cum-
ulant DD. in dict. l. 2. Et in terminis nostris ita videtur
tenere Gemin. *conf. 88. Innocent. in prin. colum. 1. vers.
Nec obstat si dicatur*, ubi dicit post Constitutionem Con-
cilii Constantiensis non posse obijci hereticis vel schmaticis
quod privati sint sui dignitatis & beneficii, quia per
dictam Constitutionem præclusa est via tale vitium obji-
ciendi. Et quamvis hoc dicat in argumentis; tamen in fine
illius *conf. eod. ult. sub. num. 4. vers. Nec obstat fundamen-
tum*, in responsionibus ad objecta prædictam doctrinam non
impugnat, quin potius videtur tacite approbare.****

Verum huic objectioni respondetur prædictam Consti-
tutionem, *Ad evitanda*, dum tribuit facultatem Catholicis
recipiendi Sacramenta ab excommunicatis, in reliquis sup-
ponere terminos habiles respectu excommunicatorum, id est
seclusa excommunicatione nullum alium eis obistere Cano-
nicum impedimentum, text. est in cap. *unic. de atat. &
qualit. in 5. ubi indultum concessum Episcopis dispensandi
cum majoribus viginti annis ad dignitates, & personarum
curam animarum non habentes intelligitur si aliud non ob-
stet Canonicum, id est, quia non sunt illegitimi, non cor-
pore vitiosi, non bigami, nec criminosi ut hic explicat gl.
in verb. *Canonicum*; ad idem tenent. in c. 1. d. *fil. Presbit.
eod. lib. & generaliter tradunt Dec. in cap. Cum omnes, in
2. *lectura num. 2. de Constit. Jaf. in l. 2. §. Prætor numer.
3. ff. Qui satis d. cogant. Cravet. *conf. 307. Statutum
num. 2. Roland à Valle *conf. 61. num. 43. & sequent.
lib. 1. post Bar. in l. Si certus, in fin. ff. de equal. slav.
arce.* Et pluribus exemplis hæc regulam confirmat Jafon.
in dict. §. *Prætor*. Quocirca Constit. Concilii Constantien-
sis, quoad ordinem collationem & jurisdictionem supponit
Episcopos excommunicatos non solum esse ritè & rectè
consecratos; & sic habere potestatem sacramentali, sed
etiam habere titulum Canonicum à Papa, qui solus potest
promovere ad Episcopales & Archiepiscopales, & alias
majores dignitates, cap. 2. de *præben. lib. 6. cap. 1. 22.
dissin. Geminian. dict. *conf. 88. numer. 3. & sic habere
potestatem etiam jurisdictionalem secundum distinctionem
D. Thomæ in 2. 2. quast. 49. art. 3.******

Item supponit Episcopum esse Ordinarium eorum, quibus
vult ordines conferre, cum non liceat Ordines suscipere
nisi ab Episcopo originis, beneficii vel domicilii, cap. *Cum
nullas, de tempor. ordin. in 6. Nam sublato etiam vinculo
excommunicationis, Episcopi non possunt non subditos or-
dinare, aut in eorum jurisdictionem exercere, cap. 3. de Pa-
roch. Undè bene Innocent. *hic num. 4. (Parochus, inquit,
intrusus non potest subditis, quibus per intrusionem datus
est Prælatu, conferre sacramenta, & conferendo non con-
fert executionem, non quia sit suspensus, sed quia non
suis subditis non potest executionem conferre)* Similiter
quod Confessione sacramentali respectu Sacerdotum*

prædicta Constitutio supponit eos non solum esse alibi
ritè & rectè ordinatos, secundum Navarr. *distin. *conf.
19. de heret.* Sed etiam habere titulum Canonium Pa-
rochialis Ecclesie vel licentiam proprii Sacerdotis juxta tex-
tum in cap. *Omnis de parit. & remiss. & in cap. 2. eodem
tit. lib. 6.* Hoc est Papa vel Episcopi Duræfanti, aut Pa-
rochialis Præbiteri, ut legitur & notatur in Extravagan-
tis *de electionis, de heret.* Est enim Sacramentalis absolutio
actus judicialis qui in non subditum validè exerceri non
potest ut definitum à Trident. Sinodo de *Sacramento Puni-
tionis, sess. 14. cap. 7. de casuum reservat.* Sed & quoad
Sacramenta Unctionis extreme, vel Eucharistie, aut Ma-
trimonii supponit excommunicatos illa administrantes, aut
esse Parochiales Præbiteros, aut habere ab alio speciale
licentiam juxta textum in Clem. *Religios, de privileg.* Et in
summa hujusmodi Constitutio hoc tantum facit, id est ha-
bitat Catholicos ad recipienda Sacramenta ab illis Sacerdo-
tibus qui ordinis executionem non habent propter excom-
municationem vel aliam prohibitionem Ecclesie, ut latius
dicam infra in responsione ad secundam oppositionem. Et
hoc solum impedimentum aufert; canoniam vero indictionem
ad cæteras habilitates non supplet, sed supponit, ut
ex prædictis patet.*

Neque huic facti applicatur doctrina in contrarium ad-
ducta, quod inducitur à rehabilitatio & validatio titulorum
tanquam necessarium antecedens. Quandòquidem hæc doct-
rina procedit tantum quando indultum aliis nihil prorsus
operaretur; tunc enim Princeps contulerit tacite super inha-
bilitate dispensare, ne aliqui videatur voluisse facere
actum frustratorum. Secus autem est, quando gratia in ali-
qua parte potest operari effectum suum, quia tunc dispen-
satio non inducitur. Ita declarat Oldradus in contrarium
allegatus in dict. *conf. 339. num. 8.* Arque hoc casu dict.
Constitutio Concilii Constantiensis bene potest effectum
suum sortiri quoad Sacerdotes, qui ante excommunicatio-
nem in Parochialis Ecclesie fuerunt canonice instituti.

Hi enim per excommunicationem potest incurram beneficii
ante canonice obtentis non sunt ipso jure privati, c. *Dilecti
de excep. Imò bene sunt privandi per sententiam, nisi per
annum in excommunicatione infunderent, c. *Rursum 11. q.
3. gloss. ff. in c. Cum bene, de atat. & qual. Hoc igitur
facta licet Catholicis in vim dictæ Constitutionis suscipere
Sacramenta ab excommunicatis non denunciat, quod ante
Concilium Constantiensis non licebat, c. *Significavit* juncto
c. *Cum non ab homine, de sent. excomm. Præterea in aliis
etiam casibus eadem Constitutio operari potest effectum
suum, ut dicitur infra d. n. 103. *supra ad n. 113.* Undè
nulla necessitas cogit inducendi tacitam dispensationem aut
revalidationem titulorum ut necessarium antecedens.***

Nec adversatur auctoritas Gemin. in contrarium citati d.
conf. 88. colum. 1. vers. Nec obstat si dicatur, quia ipse
non loquitur de Constitutione, *Ad evitanda*, de qua nunc
conagimus, sed de alia Constitutione edita in Concilio Con-
stantiensis per quam revalidantur collationes & tituli eorum
qui in Concilio Pisano tanquam adherentes Gregorio
XIII fuerunt depositi à suis dignitatibus & damnati tan-
quam heretici ad præscriptum, cap. *Excommunicamus, §.
Credentes; de heret.* Quo supposito, hæc Geminian. doc-
trina potest in oppositum retorqueri, nam hinc tenet in suo
casu contra validitatem titulorum non potest obijci vitium
heretis vel schismatici, quia à Concilio Constantiensis hu-
jusmodi defectus specialiter sanatus fuit mediante revelatio-
ne titulorum: Ergo contrarium dicendum est in casu pre-
sentis, in quo Constitutio: *Ad evitanda*, de titulorum ef-
fectu nullam fecit mentionem.

Opponitur secundo, quamvis collatio dignitatum & Pa-
rochialis nulla sit respectu Episcopi & Sacerdotis schi-
matici, quia Constitutio: *Ad evitanda*, non intendit rele-
vare, neque juvare sic excommunicatos, &c. Tamen vide-
re suffiteri posse quatenus concernit favorem Catholicorum,
nam ut inquit Satri. *præl. de cens. l. 2. c. 12. n. 13.* Excom-
municati retinent jurisdictionem in utroque foro respectu
non excommunicatorum privilegio alieno, non proprio.
Quemadmodum videmus tempore interdicti quosdam famu-
los fuit privilegio Domini pro Divinis Officiis, juxta textum
in c. *Licet de priv. in 6. concubinum in privilegio Clerici, c.
Eos qui 32. dist. & generaliter non privilegio consortis, quod
comprobat pluribus exemplis Felin. in c. 1. n. 6. de *preser.
& Doctores in l. Si communi, ff. Quædammodum servit. amit.
& dixi tenet in c. cum propter, supra de jure patr. ergo similiter
est beneficium, officia & jurisdictiones collate hereticis &
schismaticis sint invalida, favore tamen Catholicorum non
excommunicatorum in vim dictæ Constitutionis videntur
posse dici subsistere etiam quoad usum; idque multo magis
respectu Sacra Congregationis Concilii non intervenit tanquam
Minister ut in aliis Sacramentis, sed tanquam testis autoriz-
abilis.**

At responderetur Concilium Constantiensis habuisse excom-
municatos ad illam tantum potestatem & jurisdictionem in
favorem non excommunicatorum exercendam quam prius ha-
bebant, sed propter viculum censuræ exercere non poterant.
Schismatici enim & excommunicati executionem habent liga-
tam nexibus juris, ut inquit hic Innoc. n. 2. & hoc vinculum
& ligamentum duntaxat Constantiensis Constitutio solvit ha-
bilitando Catholicos ad communicandum cum excommuni-
catis etiam in administratione & perceptione Sacramentorum,
sed novam potestatem seu jurisdictionem intrinsecus non attri-
buit nec dignitates aut beneficia de novo contulit. Et revera
cum Sedes Apostolica secundum venerabiles Sanctorum Pa-
trum Sanctiones in assumendis ad Cathedralis & alias ma-
jores Ecclesie consueverit exquisitas adhibere diliguntias in
examine & inquisitione de natalibus, vita, etate, doctrina
& aliis omnibus qualitatibus promovendum, ut in c. *Cum
in causis de elect. cum concord. & c. 2. sess. 22. Concl.
Trident.* præterea etiam relatione Cardinalis & magno cum
solemnitate in pleno Concilio, ut habetur in c. 1. *sess. 24.*
& sit mortale peccatum prædicere indignos Episcopos, ut
hic patet & docet Sanctus Thomas in 2. 2. q. 63. art. 3. ad
3. Quis credat Matrimonium V. in Concilio Constantiensis sub
invocato verborum voluisse un c. vice conferre Cathedralis,
Metropolitanas & Parochiales Ecclesias, tunc & pro tempore
vacantes omnibus Episcopis hereticis & schismaticis qui in
eorum occupationem jam tunc de facto se intruserant ac se
intruderent in futurum; & constitueret tot solum animarum
Pastores? Ad hoc vide quæ dicam infra in prima responsione
ad quartam oppositionem n. 129. sed est Matrimonium fessit in-
trusis gratiam revalidationis titulorum, quod falsum est, &
sic rehabilitasset illos ad Parochiales conferendas, hoc tamen
esset intelligendum, dummodo illas conferrent personis aliis
habilibus juxta textum in c. 1. d. *atat. & qual. lib. 6. &
dictum est supra n. 86.* Nemo enim dixerit bigamum ab Episcopo
provivum de Parochiali Ecclesia ex vi ejusdem Consti-
tutionis posse validè curam animarum exercere & Sacramenta
Catholicis administrare contra c. *un. de bigam. in 6.* Cum
Episcopi ne ad minores quidem Ordines vel beneficia simplicia
possint cum eis dispensare, ut Sixtus V. declaravit ex Sen-
tentia Sacra Congregationis Concilii. Et dixi in c. 1. *supra
de bigam.* Et idem dicendum in provivio de Parochiali ante
annum vigesimum quintum, cum quo similiter Episcopus
dispensare non potest oblitenti, c. *Cum in causis, §. In-
feriora de elect. & d. c. unica de atat. & qual. lib. 6. &
idem de illegitimis. criminosis aut corpore vitiosis, ut hic
per glossam in verbo *Canonicum*. Quod enim multis vigiliis
ac laboribus à Sacris Canonibus & Generalibus Conciliis
excoziatum est, non est credendum Concilium Constantiensis
unico verbo subvertente voluisse, ut legitur in c. *Ecclesia
vestra, il secundo de elect. & in proposito notat Gemin. d.
conf. 88. col. ult. ad fin. vers. Item cum Papa, præsertim verbò
quia in prædictis casibus etiam Sacerdotes Catholicis & non
excommunicatis, cum titulum Canonicum non habeant, non
possunt aliis Catholicis Sacramenta administrare, ergò in e-
mendis id poterant Sacerdotes heretici & schismatici aut ex-
communicati, ne alius illi sint melioris conditionis quam
Catholicis non excommunicatis, unde fit ut Popones Rutheni
qui propter suam inhabilitatem carent titulo Canonico Pa-
rochialis Ecclesie nequaquam possint Matrimonium solemnizare
in favorem Catholicorum, cum hæc tenet definitum non
suppleat antedicta Constitutio, in quo non videtur ulterius
immovandum, quia, ut dictum est, jam Sacra Congregatio
declaravit Matrimonium contractum coram Parocho publico
heretico esse nullum, si decretum Concilii Tridentini c. 1.
*sess. 24. de reformat. Matrim. publicatum fuerit in Parochia &
lapsi erant triginta dies à die publicationis, alias fecerit, ni-
mirum quia cum propter heresim carat titulo Canonico
Parochialis celebrationi Matrimoni tanquam Parochus inter-
esse non potest etiam in favorem Catholicorum, in ea enim
decisione non agebatur de Matrimonio heretico, sed
de Matrimonio à Catholicis contracto coram Parocho heretico.***

Præterea ego non percipio quomodo hæc validitas titulo-
rum respectu Catholicorum tantum sit possibilis, nam Episcopi
Græci dum conferunt schismaticis Parochiales Ecclesias,
utique illas non intendunt conferre in favorem Catholicorum
quos cum eorum ritibus summo per exercerant, ut in c. *Licet
Græcos supra de Baptis. sed illas intendunt conferre tantum-
modo in favorem suorum schismaticorum, ergò ab initio
hujusmodi collationes sunt invalidæ, cum Constitutio Con-
stantiensis non intendat in aliquo relevare ipsos excommuni-
catos; & consequenter possunt postea convalescere, ex eo
quod Catholici à sic provisus potant aut recipiant Sacramenta,
quia validitas tituli oriri non potest ex posteriori facto priva-
torum, sed ad suum esse requisitum Canoniam institutionem,
c. *Beneficium de reg. jur. in 6. Gemin. *conf. 109. in prin. &
cum collatio beneficii sit actus legitimus, non potest esse in-
pendenti, sed aut statim tenet aut vitatur, c. 2. de elec.***

lib. 6. & sic notat glossa in verbo *Inertia*, ver. *Sed nunquid* dicens post Composit. dispositionem illius textus procedere etiam in collatione beneficii, idempus tradunt hic Archid. & Joan. Andr.

Oppositor tertio, si Concilium Constantiense in Constitutione *Ad evitanda* non habilitat Sacerdotes ad Parochiales obtinendas, ergo in ea parte in qua dat Catholicis facultatem recipiendi Sacramenta ab excommunicatis, non poterit habere locum, nisi in his excommunicatis qui ante censuram Parochiales obtinuerunt, nam sola excommunicatio quamvis non privet beneficiis antea obtentis, tamen inhabilitat ad illa in posterum obtinenda, adeo ut collatio facta excommunicato sit irrita ipso jure, cap. *Præpositus* & cap. *Postulatus*, de Cler. excom. *Ministr.* & dictum est supra in 3. fundamento: n. 73.

98. Quo verò ad hæreticos & schismaticos nullo casu poterit habere locum, quia tales non modò sunt inhabiles ad beneficia obtinenda, ut in c. 2. §. *Hæretici de heret. lib. 6.* sed etiam beneficiis antea hæresim vel schisma canonice obtentis sunt ipso jure privati, c. *Excommunicatus*, §. *Credentes* & c. *Ad abolendam supra cod. tit.* & est communis opinio quam tenet Joannes Andreas, Gemin. & Franc. n. 2. & reliqui omnes in c. *Us commissi*, §. *Privandi*, cod. tit. in 6. dum exponunt illa verba de privatis nunciandi, ut dictum est iter expositivo pro id est, Abb. in c. *Inter dilectos* n. 11. de excess. Prælat. Cassid. dec. 14. *Inter reg. n. 1.* Rota dec. 747. lib. 3. par. 3. divers. Clar. in §. *Hæresis* n. 16. ver. *Item Clericus*, ubi ex communi Doctorum sententia, affirmat hæreticos & eorum filios non solum beneficia, sed etiam omnem potestatem Ecclesiasticam amittere de solis filii Catholicis ex consuetudine & pietate relaxari beneficia. Ac absurdum esse ut prædicta Constitutio non habeat locum nisi in privatis de Parochialibus ante excommunicationem, & nullo casu verificari possit in hæreticis & schismaticis, videtur suaderi posse considerationibus infra scriptis.

100. Prima consideratio est, quia ejusmodi Constitutio edita fuit ad vitanda scandala & pericula & subveniendum conscientis respectu excommunicatorum in diurno illo schismate à Gregorio XI. usque ad Martinum V. in quo diversi qui de Pontificis præstabant, censuras invicem forebant, Cardinales & Episcopi dependentes creabant & beneficia suis factoribus conferrebant, ut patet ex historiis Conciliorum, tom. 3. par. 2. p. 742. & ex Conciliis & Conciliabulis tunc habitis, & tradunt Historici ad illa tempora per annos quadraginta ab anno 1378. usque ad 1417. ut Blandus, *decad. secundâ, libro decimo*, Platina in *Urbano* & alii & Italia aliquibus favebat, aliis Galliarum, Siciliæ & Hispaniarum Regna.

101. Non satis ergo consultum fuisset timoratis conscientis & obviatum scandalis & periculis diversarum Provinciarum, si talis Constitutio intelligenda esset solum de his qui post beneficia legitime suscepta incidissent in excommunicationem cum plurimi essent excommunicati & schismatici ante suscepta beneficia adherentes Antipapæ spatio annorum quadraginta, per Hispaniam, Galliam, Germaniam, Italiam in Parochialibus & aliis beneficiis instituti, vel ab ipsis Antipapæ immediate vel mediatis Episcopis de novo creati.

Secunda consideratio est, quia Constitutio non distinguit, sed univèrsaliter loquitur respectu cujuscumque & prætextu cujuslibet censuræ à jure vel ab homine generaliter promulgata, non ergo videtur distinguendum de censura ante vel post beneficium, c. *Si Romanorum* 19. d. c. *Solita de major. & obed.*

Tertia consideratio est, quia difficillimum fuisset populo hoc dignoscere & observare in Gallia, Germania, Polonia, Græcia, ubi permixti Catholicis cum schismaticis & excommunicatis degunt, unde quoad excommunicationem indifferenter est uti recepta in illis Regionibus prædicta Constitutio respectu quorumcumque excommunicatorum, schismaticorum & hæreticorum, ut testatur Navarr. & experientia ostendit.

103. Quarta consideratio est, quia non modo in Concilio Pisano & Constantiensi, admissi indifferenter fuerunt effecti à Clemente VII. & Benedicto XIII. Antipapæ eorumque factores, sed in Concilio Florentino sub Eugenio IV. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & alii Beneficiarii & Officiales & Prælati Græci eorumque Vicarii distincte in eodem Concilio enumerati, admissi fuerunt nominatim & indifferenter agniti ut tales in inchoatione, suffragis, Decretis & subscriptionibus Concilii cum eorum titulis & dignitatibus, ut patet legenti tom. 4. par. 1. cum Decreto fidei relato. Et tamen Græci post reconciliationem factam anno 1370. in Concilio Lugdunensi tempore Gregorii X. iterum deficientes in suis erroribus & schismate peribitorum usque ad annum 1438. sub Eugenio IV. iuxta nota nota ante acta Concilii, p. 411. & c. proinde ex Constitutione juveni non poterant, nisi hi qui jam in schismate & excommunicatione constituti, postea



ordinati ad dignitates & beneficia, promoti fuerunt ab aliis Græcis sive Patriarchis, sive Episcopis schismaticis qui spatio annorum 150. eorum Ecclesiis præfuerunt. At si legantur omnia acta Concilii, nulla apparet nova collatio dignitatum, beneficiorum & officiorum, quamvis tunc etiam in usu esset electio Patriarchæ Constantinopolitani diversi à schismatico, ut colligitur ex verbis Eugenii IV. relatis circa finem Concilii, adhortans enim Græcos ad eligendum novum Patriarcham in locum defuncti, ait. *Eum qui à me eligatur amovebo; effugietque ut unus Patriarcha sit.* Imò in fine Decreti fidei dicitur de quatuor Patriarchis, salvis omnibus privilegiis & juribus eorum, quod non est beneficia & jura de novo conferre, sed præexistentia supponere & præservare, c. *Quia intentionis*, supra de privi. Idem patet in unione Armenorum, recipiantur enim Procuratores Patriarchæ Armenorum, & tamen initio Bullæ assertit Eugenius, alius diffidit lapsis non ingentis & amplius annis in veteratibus auctoribus; & tamen nihil legitur de nova collatione beneficiorum facta Armenorum Patriarchæ vel aliis hujus generis. Idem patet in alia Bulla ejusdem Pontificis Cantate Dominus super unione Jacobinorum in qua nominat venerabilem Fratrem nostrum Joannem Jacobinorum Patriarcham & dilectum filium Andream Abbatem Monasterii Sancti Antonii apud Egyptum & nihil de nova beneficiorum collatione reperitur. Ex quibus omnibus videtur colligi dignitates, beneficia & officia etiam post schisma & excommunicationem fuisse valide collata, alioquin in supra dictis fuisset necessaria nova collatio.

Cæterum ad primam collationem hujus tertie oppositio nis, respondetur, Constitutionem Concilii Constantiensis principaliter editam fuisse, quia cum schismatici & excommunicati jam in multis Orbis partibus permixti cum Catholicis non excommunicatis degerent, difficillimum, & 104 ferè impossibile erat ut in salutarioribus & colloquiis dandis, ac recipiendis litteris, habitatione, ac mensa non communicarent; & tamen jure communi in his omnibus excommunicati vitandi erant, gloss. & Doctores in cap. *Statuimus*, de sent. excom. lib. 6. Holsten. in *summa*, cod. tit. §. 20. *Expositio prima*, Theolog. in 4. d. 1. §. 18. & possim Canonice, etiam antequam fuissent specialiter denunciati, ut est casus in cap. *Cum non ab homine*, de sent. excom. & dictum est supra n. 74. & seqq. Quod ultra controversiam habebit locum in notoriis: nam dispositio capituli *Cum secundum de heret.* quo deciditur etiam in pœnis ipso jure impolitissimum requiri declarationem super facto, non procedit ubi crimen est notorium, cap. *Perennis*, & ibi Abb. de *arell.* & similiter dictum est supra. Et propterea Concilium Lateranense novissimum in Constitutione *Ad evitanda*, superius relata, dum jubet vitari excommunicatos, etiam non denunciatos, quorum crimen est adeo notorium, ut nulla possit tergiversatione celari, subjicit immediate in verba, *iuxta canonicas sanctiones*: aperte innuens se in ea parte jus novum non inducere, sed jus antiquum innovare.

Et quamvis regulariter communicatio cum excommunicatis majori excommunicatione extra crimen non esset mortalis, sed venialis tantum secundum opinionem Hoff. in *summa*, de sent. excom. §. *fin.* Joan. Andr. & aliorum communiter in cap. *Sueris*, & ibi, *que vi*, S. Thomæ & aliorum Theologorum in *causam dist.* 18. tamen de hoc dubitat Abb. in d. cap. *Sueris*. Et contrarium tenent multi ex antiquis Canonistis, quos refert ibidem Joan. Andr. & Archidiaconus in cap. *Regi*, l. *quæst.* 3. & factum erat mortalis, quando erat nimis frequens, secundum Joan. Andr. ubi supra, & Navarr. in *Man. cap. 27. num. 29.* Qui casus facili contingere poterat sicut permixtione Catholicorum & schismaticorum & in hac Constitutio. *Ad evitanda*, consultum per omnia conscientis habilitando Catholicos ad communicandum cum excommunicatis non denunciatis, quod ante Concilium Constantiense operavit fieri Joan. Andr. putans per d. cap. *Cum secundum*, de heret. lib. 6. non esse aperte decessum, ut excommunicatum, vel interdichum à jure non teneretur vitare ante denunciationem, ut in sua gloss. 3. in *Clem. 2. in fin. de sent. excom.* Atque ita hodie satisfactum esse menti prædictæ glossæ affirmat in eadem *Clem. 2. Abb. num. 6.* & Felin. in cap. *Radulphus*, num. 39. ver. *Sed de vera*, de *restit.* Deinde difficillimum erat, 107 stante hujusmodi permixtione, ut Catholicis cum excommunicatis non participarent in Divinis Officiis, & aliis precibus; & tamen hoc tandem interdichum erat à jure communi, c. *Quod in te*, de *penit.* & remiss. adeo ut excommunicato Ecclesiam ingrediente ad orandum ceteri omnes tenerentur exire, aut precibus aut vi cum cogere ad exendum, alioquin cessandum esset à Divinis etiam à Missa inchoata, si nondum coepisset Canon. *Clem. Gregorius*, & ibi gloss. in *verb. in expleta*, de *sentent. excom.* Innoc. in cap. *Noter*, cod. tit. Holsten. in *summa*, cod. §. *Quæstio prima*; ver. *Sed nunquid*, Sanctus Thom. in 4. *distinctione* 18. Navarr. cap. 27. num. 33. Undè vix contingere poterat, ut Catholicis cum schismaticis permixti Missam inchoarent

inchoatam perficerent, divinisque officis, & orationibus rita conscientia vacare possent; & in hoc similiter omnem scrupulum fustulit Constitutio Concilii Constantiensis, habilitando Catholicos ad participandum cum excommunicatis etiam in Divinis Officiis.

108. Uterius quod pertinet ad Sacramenta excommunicatis administranda, eadem Constitutio abtulit omnem scrupulum à conscientis Catholicorum, quatenus per illa verba: *In administratione, vel receptione Sacramentorum*: habilitavit Catholicos Sacerdotes ad illa administranda excommunicatis non denunciatis; quod de jure communi prohibitum erat sub mortali culpa, cap. *Engeldrudam*, 3. *quæst.* 4. Navarr. in *Man. de cap. 27. num. 29. & 30.*

In prædictis ergo, tribus & præterim in primis duobus casibus, qui frequentissimè poterant contingere, prædicta Constitutio ex omni parte consultum timoratis conscientis & scandalis obviavit: neque enim in illis cadit consideratio rehabilitationis excommunicatorum ad beneficia obtinenda, quia ad hoc ut Catholicis non teneantur vitare excommunicatos, & possint illi Sacramenta administrare, manifestum est non requiri ut excommunicati habeant beneficium. Quo verò ad receptionem Sacramentorum non suberat tanta necessitas habilitandi Catholicos ad illa recipienda de manibus notorie hæreticorum vel schismaticorum quod valde abhorrent facri Canones, cum possent illa recipere à Catholicis Sacerdotibus.

109. Satis est igitur, ut ante dicta Constitutio que ut Felin. ait in dicto capite. *Radulphus*, sub num. 39. de *restit.* est multum correctoria juris communi, operetur effectum suum etiam respectu administrationis activæ Sacramentorum quoad illos tantum excommunicatos qui ante excommunicationem canonice adepti fuerant beneficia curam animarum habentia, nec debet extendi ad rehabilitationem ad Cathedralibus vel Parochiales, de qua non loquitur ad ulteriorem correctionem juris communi; quin potius expediat jura iuribus concordare, ut in simili Constitutione Concilii Constantiensis perpendit Gemin. dict. conf. 88. n. 4. ver. *Item cum Papa.*

110. Nec unget quòd in longo schismate cum plurimi obtinissent dignitates & beneficia ab Antipapæ, prædicta Constitutio non occurreret periculum animarum, nisi revalidasset titulos. Tollitur enim obiectum, quia in eodem Concilio Constantiensi edita fuit alia Constitutio, per quam provisi in schismate & beneficia, ut detineat vitium schismatici ad dignitates, ut detineat vitium schismatici vel excommunicatos eidem obijci non possent, ut refertur Gemin. dict. conf. 88. *colam. 1. ver.* *Nec obstat si dicatur*, & Paul. de Castro conf. 253. *Ad confirmationem*, sub num. 1. ver. *Nec obstat*, lib. 1. Undè cum satis provolum esset à Concilio periculum tunc imminutibus; in futurum, sedato scilicet schismate, nulla necessitas funderat, ut habilitarentur schismatici ad obtinenda beneficia curata ad hoc ut de illorum manibus Catholicis reciperent Ecclesiastica Sacramenta. Quin imò Constitutio à Gemin. & Paul. de Castro, relata satis aperte indicat per Constitutionem; *Ad evitanda*, schismaticos non fuisse rehabilitatos ad beneficia, quia alioquin si fuissent generaliter rehabilitati, non fuisset opus ut Concilium Constantiense per aliam Constitutionem eos specialiter inhabilitasset, ut superius dictum est. Et nihilominus eadem Constitutio, *Ad evitanda*, etiam quoad excommunicatos non habentes titulum canonice beneficii vel provisos post excommunicationem potest habere officium suum respectu administrationis Sacramentorum in aliquibus casibus & præcipue in duobus. Primus est in articulo mortis, nam post Concilium Constantiense in eo articulo licet Catholicis confiteri peccata sua cuiuscumque Sacerdoti notorie excommunicato, cum eo casu non requiratur ut Sacerdos sit proprius Parochus, sed omnes Sacerdotes quolibet penitentes absolvere possunt, ut in decreto Concilii Tridentini, sess. 14. c. 7. *de casuum reservat. vers. Hanc autem delictorum reservationem.* Et tamen jure communi inspecto Sacerdos notorie excommunicatus non potest valide quemquam absolvere etiam in mortis articulo. Ita enim in Sacerdote excommunicato & denunciato jampridem resolvit Sacra Congregatio Concilii secuta opinione Magistris sententiarum, S. Thomæ & aliorum graviorum Theologorum, ut dixi in cap. 1. num. 28. *sup. de Conf.* Ergo idem dicendum in notorie excommunicato, cum hi duo casus equiparentur, c. *final. de cohabit. cleric. & mulier.*

112. Secundus casus est in excommunicatione provisa à Papa, quia cum in litteris Apostolicis provisionum ex illo apponatur clausula absolutio à censuris, cujus clausule virtute collatio parochialis facta excommunicato non denunciato valida est, Archidiaconus in cap. *Nallus*, n. 4. 61. *dist.* & dictum est supra n. 76. ac proinde licet Catholicis ab eo recipere Sacramenta non obstante excommunicatione; idque in vim Constitutionis, *Ad evitanda*, cum aliis non liceret, quia prædicta clausula restricta est ad effectum presentium

duntaxat consequendum, & sic operatur habilitationem tantummodo ad parochialem obtinendam, non autem ad Sacramenta administranda.

Ad secundam considerationem respondetur, quamvis 113 Concilium Constantiense non distinguit inter censuram vel post beneficia; tamen debere sic distingui, quia Lex quantumcumque generalis semper restringitur ad personas habiles, Jas. in l. 2. §. *Prætor*, n. 3. ff. *Si quis satis d. cogon.* & latius ostensum est supra n. 86. Item prædicta Constitutio restringi debet ut minus corrigat jus commune, Gemin. dict. conf. 88. *ad fin. vers. Item cum Papa.* Item limitari debet ad tenorem verborum, c. *Porro*, de *privi.* Quia lex 114 non imprimit effectum suum nisi in illas personas quibus verba legis congruant & adaptantur, ut idem Gemin. inquit ubi supra n. 4. ver. *Cum ergo concurrant*, & not. Barrol. & Doctores in l. 4. §. *Toties*, ff. de *damn. infect.* De rehabilitatione autem schismaticorum ad beneficia Constitutio nullam facit mentionem, imò nec de hæreticis vel schismaticis nominatim loquitur nisi quatenus comprehenduntur sub nomine excommunicatorum; & tamen quod pertinet ad provisiones beneficiorum plurimum interest inter hæreticos & excommunicatos, quia excommunicati licet sint inhabiles ad beneficia obtinenda, non tamen sunt privati beneficiis antea obtentis, ac hæretici non solum sunt inhabiles, sed etiam privati ipso jure etiam ante declaratoriam Judicis quæ in notoriis non requiritur, ut probatum est supra, n. 92. 98. & 104. Undè cum Constitutio prædicta loquatur tantum de excommunicatis, non est nostrum eam extendere ad rehabilitationem schismaticorum ad beneficia de qua non loquitur. Quod enim non est Sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosum non est adventionibus præsumendum, c. *Inter corporalis*, de *translat. Episcop.* c. *Constitutio*, 2. qu. 5. Nam si rehabilitationem comprehendere voluisset, quod de censuris dixerat & de rehabilitatione poterat expressisse, ut legitur in dict. cap. *Inter corporalis*, in cap. *Ad audientiam*, de *Decem* & in c. *Magister*, de *Baptism.* quod ergo in ea non reperitur concessum, ut prius intelligatur prohibitum, cap. *Inter corporalis*, in *verb. non invenitur*. Et bene per Oltard. conf. 266. *Quod autem num. 10.*

Ad tertiam considerationem hujus tertie oppositio respondetur quoad participationem Catholicorum cum schismaticis in Divinis Officiis & extra in quibus est major necessitas communicandi, stante illorum permixtione cessare obiectum, quia ad hoc non requiritur ut schismatici habeant beneficia ut dictum est supra, n. 108. Quo verò ad receptionem Sacramentorum non est opus distinguere an schismatici obtinuerint parochiales ante vel post schisma, quia utroque casu caret titulo canonice beneficii ut patet ex dicto n. 98. Cum ergo Græcorum schisma sit notorium, promdeque non sit difficile discernere inter Sacerdotes catholicos & schismaticos, consuevit Catholicis ad Catholicos Presbiteros pro Sacramentis suscipiendis & vitantur omne periculum.

Ad quartam & ultimam considerationem respondetur negando consequentiam, ex eo enim quòd Patriarcha, 116 Episcopi, Abbates schismatici fuerint admissi in Concilium Florentinum, atque ut tales nominati, & trausti ab Eugenio, non rectè inferatur ad validitatem seu approbationem dignitatum, seu titularum. Hi. est textus apertus in *Clem. Si summus*, de *sent. excom.* ubi Summus Pontifex si quem sub titulo cujuslibet dignitatis ex certa etiam scientia verbo, constitutione vel litteris nominet, honoret, seu quovis alio modo tractet per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur aut quodquam ei tribuere novi juris; ubi glossa sic format casum. Ponamus quod eram intrusus in aliquo beneficio, ita quod non habebam titulum 117 & Papa scripsit mihi litteras in quibus appellavit me Episcopum illius loci, quem obtinebam sine titulo vel ponamus quod illud beneficium vacat & nullus obtinebat & ipse in litteris suis appellavit me Episcopum illius loci; An per hoc videatur mihi jus tribuere in illo beneficio? Respondet Clemens Papa quod non, atque illum textum generaliter habere locum in omnibus dignitatibus tam secularibus quam 118 Ecclesiasticis, cum loquatur per illa verba universaliter, *cuiuslibet dignitatis*, & subit eadem ratio tenet hoc gl. in *Dignitatis* & Card. in §. *Simil.* n. 2. in *fin. v. Quarto*, de qua dignitate loquitur subdens post Paulum idem juris esse de personatu officio, beneficio, titulo vel administratione, & Laudunus & Card. ibid. exemplificant si Papa vocat aliquem Archidiaconum Parisiensem vel Decanum Aurelianensem, ut in c. *Ad aures de restr.* & in c. *Dilectio*, cod. tit. in 6. & in Canonico ponit exemplum Vitalis. ibid. n. 13. dicens. Si Papa etiam scienter nominet in litteris Canonium Parisiensem & non sis, non propterea faciet te Canonicum, vel si intrusus in dictum Canonatum; & ipse hoc sciebat & vocaverit te Canonium Parisiensem, non propterea censetur ap.

et de quorum scribis non est curandum quamdiu persistunt in statu damabili heresis & schismatis. Quin imò in §. 4. declarat non esse admittendos Episcopos schismaticos, live pro Ordinibus five pro aliis Sacramentis conferendis & in §. 6. Presbiteros faculares abjuratis schismate & erroribus atque in fide Catholica bene instructos in Parochialibus seu Curatis Ecclesiis Græcorum bene institui posse. Qomodo ergo elicere possumus ex hac Constitutione ut valeant Matrimonia coram Ordinario vel Parocho schismatico, si Constitutio interdicit ne Episcopi schismatici ad Sacramenta admittantur, neve Presbiteri schismatici institui possint in Parochialibus, nisi posteaquam abjuraverint schisma. Præterea quatenus eadem Constitutio prohibet ne divortia fiant quoad vinculum, loqueretur etiam de Matrimoniis schismaticorum, utique intelligenda esse tantum de Matrimoniis celebratis in his Parochiis in quibus Decretum de reform. matrim. publicatum non esset. Tunc enim valida sunt Matrimonia etiam clandestina, nec sunt dirimenda, ut hic statuitur, non autem de contractis in Parochiis in quibus ejusmodi Decretum fuit publicatum. Tunc enim ad eorum validitatem requiritur presentia Parochi quam exhibere non possunt schismatici qui Parochi non sunt, ut dictis constat; & propterea Clemens ibidem mandat Episcopis, ut curent in singulis Parochiis Græcorum publicari Decretum Concilii Tridentini de reform. Matrim. Imò ex hac Constitutione deduci potest validum fundamentum pro hac sententia, nam si Græci schismatici potuissent institui in Parochialibus in vim Decreti Concilii

Constantiensis, cur Clemens declarasset eos non posse institui in Parochialibus nisi abjurato schismate. Alterum ergo necesse est fieri, id est aut schismaticos non fuisse habitatos ad Parochiales obtinendas per Concilium Constantiense, aut si habitati fuerint, illius dispositionem sublatam fuisse per hanc posteriorem contrariam Constitutionem Clementis VIII. secundum ea quæ de Constitutione Pauli IV. & de Concilio Lateranensi, dicta sunt supra in 2. & 3. fundamento n. 66. & 71. Ex quibus omnibus, ut initio diximus, verius videtur Matrimonia Catholicorum contracta coram Popis Ruthenicis nulla atque irrita esse, si in eorum Parochiis Decretum, c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. publicatum fuerit. Cæterum an ita sit nec ne, cum pendat ex facto, ad iudicium nostrum non pertinet; sed ipse Archiepiscopus Leopoldensis diligenter dispicere debet. In quo tamen duo præcepta erunt ubi animadvertenda. Alterum quoad hoc est Sententia S. Congreg. non sufficit ut Concilii Decretum publicatum fuerit in Synodo Provinciali, sed absolute requiritur ut fuerit publicatum in singulis Parochiis, quemadmodum Sancta Synodus præscribit. Alterum quod eadem Sacra Congregatio declaravit præsumi publicationem, quando Decretum illud fuit observatum tanquam Decretum Concilii.

Fortè tamen super his omnibus, cum res gravissima sit, tutius esset requirere oraculum Sanctissimi in S. Congregatione Inquisitionis.



DE APOSTATIS ET REITERANTIBUS

BAPTISMA.

Honorius III. Archiepiscopo Lugdunen.

CAPUT VI.

Consultationi tuæ breviter respondemus, quòd Monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbati, & receperit penitentiam, absque dispensatione Romani Pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscepto.

SUMMARIUM.

- 1 Regularis in apostasia ordinatus ad sacros sine dispensatione Papæ non ministrat in illis. Nec ad superiores ascendit num. 4. Et quid in promotu ad minores num. 3.
2 Regularis apostata post reconciliationem ordinatus sine dispensatione remanet in ordine sic suscepto.
3 Regularis transiens à strictiori ad laxiorem Religionem absque Sedis Apostolicæ licentia an sit apostata, & excommunicatus, aut saltem suspensus & num. seqq. maximi à num. 11. usque in fin.
4 Intellectus cap. Ex parte, de tempor. ordinat. & num. seqq.
5 Apostata propriè non dicitur Religiosus, nisi habitum temerè dimittat & ad seculum redeat & num. 12. & seqq.
6 Excommunicatio, que annexa est apostasie, non incurritur, nisi pro peccato mortali.
7 Regularis transiens ad strictiorem Religionem licentia petita, licet non obtenta, non peccat.
8 Regularis canonicè translatus ad arctiorem Religionem non potest redire ad primum ordinem absque licentia Papæ.
9 Apostata propriè non dicuntur nisi qui legem Christianam dimittant, vel qui relicta professione, quam dimittere non licet, dimittunt sine causa.

- 10 Regularis transiens ad alium Ordinem sine legitima licentia non potest hic promoveri sine dispensatione superioris regularis si transitus sit publicus, quòd si occultus, nulla eget dispensatione.
11 Apostata à Fide, vel ex voto Religionem desertens in apostasia ordinatus, caret executione, nec possunt ab alio, quàm à Papa dispensari.
12 Regularis transiens ad laxiorem Religionem licentia non petita, vel petita, sed non obtenta, peccat mortaliter. Sed non dicitur propriè apostata & cur, ibid. & num. 16. cum duobus seqq.
13 Apostatorum duo sunt genera & num. seqq.
14 Regularis minorum ad Ordinem laxiorem absque licentia incidit in apostasiam minorem; non autem in majorem, & indispensabilem.
15 Apostasia est temerarius recessus à stata Fidei, obedientia vel Religione.
16 Apostata unidè dicuntur.
17 Regularis ejectus à laxiori Religione, ad quam de facto transit, non dicitur apostata, si per eum non sit quominus redeat ad primum ordinem.
18 Prælati regulares tenentur subditos ad laxiorem Ordinem absque legitima licentia transeuntes ad suum Monasterium revocare.

cellatur, ut in text. si tamen prius reconciliatus fuisset & postea à suo Episcopo ordinem canonicè suscepisset, sine dispensatione remaneret in ordine sic suscepto, secundum Innocent. & Hosti. hic in princip. quibus ceteri consentiunt. Et dum textus dicit sacrum ordinem, innuit secus esse in minoribus; unde eo casu dispensat Episcopus, cum Papa. ibi

sibi non retinuerit dispensationem, cap. Nuper, de sentent. excomm. secundum Vincent. & Hosti. hic in princip. vers. Id ètiam dicitur sciri: sed hodie Religiosus Apostata incidit in excommunicationem. 2. Ne cleric. vel Monach. lib. 2. unde cum ordinem recipiat in censura & sic fiat irregularis, distinguendum est, ut legitimus in cap. Cum illorum, de sent. excomm. secundum Joan. Andr. hic num. 1. Abb. nu. 2. & communiter Scribescentes.

4 Rursum enim textus prohibet sic ordinatum in susceptis ordinibus ministrare, multò magis censetur prohibere, ne ad superiores ascendat, dicta cap. Cum illorum, secundum Boat. dicentiam hoc esse tutius, licet aliqui contradicant; & eum sequuntur Joan. Andr. num. 1. in vers. Suscepto & Abb. n. 2. vers. Sed quæro, quia textus.

5 Quæro, an Regularis transiens à strictiori ad laxiorem Religionem absque Sedis Apostolicæ licentia sit Apostata, & excommunicatus, aut saltem suspensus?

6 Solutio inquitio pendet ex intellectu duorum Canonum, qui videntur invicem pugnare, videlicet cap. Ex parte de tempor. ordinat. & hoc cap. Consultationi, nam in cap. Ex parte, cum quidam Abbas & Monachi consulerent, an eorum Monachus, qui se transiit ad Monachos Nigros & habitum eorum assumpsit, ibique ordinatus fuit sacerdos, in assumpto ordine posset ministrare, Innocentius III. reteripit ut ipsi Monacho officium sacerdotis liberè exequi permitterent. Atque ita ex eo textu apparet transeuntem de religione in religionem, quamvis videatur apostata, eo quòd habitum sui Ordinis temerè dimiserit, tamen non esse excommunicatum, aut suspensum, nec si in hujusmodi apostasia promotus fuerit, esse irregularem. Contra verò in hac Decret. generaliter dicitur, ut Monachus in apostasia ordinatus ad sacros, absque dispensatione Romani Pontificis ministrare non possit in ordine sic suscepto.

Pro conciliatione offeruntur à glossa & DD. duo intellectus. Primus est, quòd text. in dict. cap. Ex parte, procedat in Monacho, qui transiit licitè, id est licentia petita, licet non obtenta, ad Religionem Nigrorum, que erat strictior: idèd ex hoc non potest dici apostata; & sic non est irregularis, nec aliqua eget dispensatione, textus verò in hoc cap. procedit quando transiit illicitè; & sic ibi ordinatus non debet ministrare nisi dispensetur; ita gloss. 2. in dicto. cap. Ex parte, & ibi Anton. de Butr. numer. 5.

7 Sed hic intellectus non placet, primò quia supponit transeuntem illicitè ad aliquam Religionem esse apostatam; quòd tamen est falsum, quia ad hoc requiritur, ut dimisso habitu ad seculum redeat, juxta text. in cap. Ut periculosa, Ne Cler. vel Mon. lib. 6. in cap. ult. 50. dist. 1. ibi, restituo habitum suum in apostasia tanquam licitè conversatur. Sed quòd idem est, ut relinquat Monachatum, quemadmodum loquuntur Gloss. & Joan. Andr. & est communis opinio, ut inferius patebit.

Deinde quia si Monachus, de quo in d. cap. Ex parte, transiit ad strictiorem licentiam petita licet non obtenta, illa qualis fuisse de indubitabili, contra text. 1. Labor, ff. de carbon. edic. & notata per Abb. in cap. Cum in jure, de elec. & alios apud Rom. in cons. 639. Maxime, num. 70. lib. 5. Ineptum enim fuisse in controversiam adducere an eo casu Monachus post transiitum ordinatus esset irregularis & frustra DD. excitantur quæstionem, an esset apostata: siquidem excommunicatio, que annexa est apostasie, dict. cap. Ut periculosa, cum sit pœnarum gravissima, cap. Corripiantur, 24. quæst. 3. non incurritur nisi pro peccato mortali, cap. Nemo Episcoporum, 11. quæst. 3. S. Thomas in 4. dist. 19. Tabien. in verb. Excommunicatio primo, vers. Utrum excommunicatio possit insigi. At qui transiit ad strictiorem licentiam petita, licet non obtenta, cum id faciat Canonis autoritate, id est cap. Licet de Regul. utique non peccat, Can. qui peccat, 23. quæst. 4. & tradit Innoc. in dict. cap. Ex parte, num. 2. in verb. Exequi, ibi: Si Monasterium ad quod transit erat arctius, quàm primum, non percarit, &c. Quin potius mereatur cum ad frugem melioris vite transiret & adimpleat propositum sanctioris vite, ut legitur in dict. cap. Licet. Dicendum est igitur Monachum, ibi, vel transiit ad laxiorem absque dispensatione Romani Pontificis, vel certe ad strictiorem, vel parem, nec obtenta, nec petita licentia à suo Superiore. Quòd videtur innuere littera ibi, O mi se transiit. Unde ex eo textu secundum hoc irrefragabiliter probatur Monachum illicitè transeuntem ad alium ordinem, dummodo habitum regularem non dimittat, non esse propriè apostatam, nam si esset talis, non posset in suscepto ordine ministrare, ut hic dicitur.

8 Apostata: siquidem excommunicatio, que annexa est apostasie, dict. cap. Ut periculosa, cum sit pœnarum gravissima, cap. Corripiantur, 24. quæst. 3. non incurritur nisi pro peccato mortali, cap. Nemo Episcoporum, 11. quæst. 3. S. Thomas in 4. dist. 19. Tabien. in verb. Excommunicatio primo, vers. Utrum excommunicatio possit insigi. At qui transiit ad strictiorem licentiam petita, licet non obtenta, cum id faciat Canonis autoritate, id est cap. Licet de Regul. utique non peccat, Can. qui peccat, 23. quæst. 4. & tradit Innoc. in dict. cap. Ex parte, num. 2. in verb. Exequi, ibi: Si Monasterium ad quod transit erat arctius, quàm primum, non percarit, &c. Quin potius mereatur cum ad frugem melioris vite transiret & adimpleat propositum sanctioris vite, ut legitur in dict. cap. Licet. Dicendum est igitur Monachum, ibi, vel transiit ad laxiorem absque dispensatione Romani Pontificis, vel certe ad strictiorem, vel parem, nec obtenta, nec petita licentia à suo Superiore. Quòd videtur innuere littera ibi, O mi se transiit. Unde ex eo textu secundum hoc irrefragabiliter probatur Monachum illicitè transeuntem ad alium ordinem, dummodo habitum regularem non dimittat, non esse propriè apostatam, nam si esset talis, non posset in suscepto ordine ministrare, ut hic dicitur.

9 Intellectus cap. Ex parte, de tempor. ordinat. & num. seqq.
10 Apostata propriè non dicitur Religiosus, nisi habitum temerè dimittat & ad seculum redeat & num. 12. & seqq.
11 Excommunicatio, que annexa est apostasie, non incurritur, nisi pro peccato mortali.
12 Regularis transiens ad strictiorem Religionem licentia petita, licet non obtenta, non peccat.
13 Regularis canonicè translatus ad arctiorem Religionem non potest redire ad primum ordinem absque licentia Papæ.
14 Intellectus cap. Ex parte, de tempor. ordinat. & num. seqq.
15 Apostata propriè non dicitur Religiosus, nisi habitum temerè dimittat & ad seculum redeat & num. 12. & seqq.
16 Excommunicatio, que annexa est apostasie, non incurritur, nisi pro peccato mortali.

ministrabit. Ergo hinc necessariò sequitur, ut vel religio Nigrorum, ad quam transiit esset laxior vel si strictior, transiisset de facto non petita licentia; alius enim si religio fuisset strictior & Monachus canonicè translatus, non potest postea redire ad primum ordinem laxiorem absque licentia Papæ, Innoc. in cap. Intelleximus, num. 2. in verb. Exerere, de arat. & qual. gloss. & DD. in cap. Cum singula, §. fin. de praben. Rebuff. in previ. benefice. in tit. de transl. Monach. num. 9. & sic rediens secundum hanc intellectum non potuisset in suscepto ordine ministrare, cujus tamen contrarium ibi dicitur.

Itaque secundus datur intellectus, quòd scilicet Decretalis Ex parte, procedat in Monacho, qui licet de facto transierit ad alium ordinem, tamen habitum Regularem non dimisit; & sic non fuit apostata, nec ex ordinem susceptione irregularis, textus verò in præsentì procedat in eo, qui ex toto dimisit habitum, & ad seculum rediit; qui propriè dicitur apostata & incidit in excommunicationem juxta text. in d. capitul. Ut periculosa, Ne Cler. vel Monach. lib. 6.

Et hic intellectus communiter recipitur: nam glossa in dict. cap. Ex parte, in verb. Ad N. gros, querens an Monachus transiens ad aliam religionem sit apostata, concludit non esse propriè apostatam, nisi recedens à fide, vel retro abiens; & intelligit pro retro abiens omnino desertentes religionem cum allegat text. in cap. Non observatis, 26. quæst. ult. sed redeuntes ad seculum, juxta text. in e. ult. 50. dist. 1. cap. 1. supra eod. Et de his glossa sentit esse intelligendum hoc cap.

Innocentius in eodem, cap. Ex parte, num. 1. Dic. inquit, quòd propriè non dicitur apostata, nisi qui legem Christianam dimittunt, cap. Beatus, 3. quæst. 4. dist. cap. Non observatis. Et qui relicta professione, quam dimittere non licet, dimittunt sine causa. Quo loco Innocentius similiter intelligendus est de redeuntes ad seculum: tum quia hi propriè dicuntur religionem dimittere; tum quia allegat text. in dict. cap. ult. 50. dist. 1. qui loquitur de hi qui ad seculum redeunt conversationem. Sed tamen inferius hanc non posse promoveri abiq. dispensatione, si transiit sit publicus; & adiciens Monachum p. esse necesse transire nec obitare text. in cap. Quanto, de transl. Episcopi, quia procedit in Episcopo, qui cum multis transit in turba. At Monachus stat occultè & habita mutato incedit.

Innocentium sequitur ibid. Anton. de Butr. sub numer. 5. his verbis; (Dic ergo, Quidam sunt Apostate fidei: vel ex toto religionem dimittentes, & tales ordinati in apostasia creant executione & non possunt ab alio, quàm à Papa dispensari. Quidam sunt apostate late, qui illicitè transeunt de religione in religionem, & tunc aut transeunt publicè, ita quòd factum est publicum, & tunc cum talibus dispensat Abbas, sur est occultum & non requiritur dispensatio. Aut transeant licitè & non eget dispensatione.) Batrum totidem verbis refert & sequitur Abb. ibid. in fin.

Joan. de Anan. num. 1. (Nota quòd Monachus transiens ad alium Monasterium non concluditur necessariò apostata, adeò ut recipiens hic ordinem, incurrit irregularitatem, nec per hoc est suspensus ab executione officii. Non obstat cap. fin. de apost. quia patet de i. quòd quilibet sunt apostate strictè qui ex toto apostatant relinquunt habitum & redeunt ad mundum; vel qui apostatant à fide, & tales incurrit irregularitatem. Quidam sunt apostate late, id est retro abientes (intelligitur retro abiens, qui transeunt de strictiori ad laxiorem religionem,) & illi non incurrit irregularitatem vel saltem talem, cum quæ Abbas non possit dispensare.)

Henrich Boich (aut transiit ad laxiorem religionem licentia non petita vel petita, sed non obtenta, & tunc peccat mortaliter.) In hoc concordat gloss. hic, in verb. Liberè: ita quòd eo casu non debet ordinari, nec in ordinibus sacris licitè ministrare, nisi prius fuerit cum eo dispensatum per Episcopum (habet relationem ad tempus in quo Monachi erant subiecti Episcopis D. ocellanis, juxta text. in cap. Pervenit, 16. quæst. 1. & cap. Abb. cum quatuor cap. seqq. 18. quæst. 2.) & infra: (Qui transiit ad laxiorem non est apostata,) nam non est apostata, nisi qui ad seculum rediit, ut infra de apostat. cap. final.

Similiter glossa nostra hic ad finem, (tamen, inquit, si ad aliam religionem transiit, & ordinem hic suscepisset, sine dispensatione, posset in suscepto ordine ministrare,) supra de tempor. ordinat. cap. Ex parte, quia ordinem non suscepisset in apostasia, & sic glossa aperte sentit, talem non esse apostatam, & sequuntur scribentes hic.

Rationem verò cur Monachus transiens absque licentia ad ordinem laxiorem non sit apostata, re. l. Innocentius in cap. Intelleximus, in fin. de arat. & qualitat. (Quia, inquit, in nullo venit contra ea, que sunt de substantia ordinis, cum semper in alicujus obedientia fuerit:) cuius dictum sequuntur hic Joan. Andr. ac ceteri omnes & A-